NOTÆ
CAROLI MOLINÆI, GEORGII LOUET, ANTONII LE VAILLANT.

Circa rem Beneficiariam.

A celeberrimo Patrono N. SACHOT, *Collectæ & ordine alphabetico digestæ.*

PARISIIS,

Apud GUILLELMUM CAVELIER, viâ Jacobæâ, propè Fontem S. Severini, ſub ſigno Lilii aurei.

M. DCC. XXIII.

Cum Approbatione & Privilegio Regis.

MONITUM.

EN tibi ſufficimus, lector chariſſime Notas clariſſimorum virorum *Caroli Molini, Georgii Loüet, & Antonii le Vaillant*, *à celeberrimo patrono N. Sachot collectas & alphabetico Digeſtas ordine, quas ſibi uni concinnarat.* Quas quidem celeberrimus vir non tanto labore coacervaſſet, hoc aliunde negotiorum litiumque ambagibus diſtrictus, niſi quantæ, & in Foro & in Eccleſiaſtica diſciplina utilitatis eſſent, ipſe comperiſſet. Deciſiones ſuper Eccleſiaſticis rebus juxta Canones, Regum placita, Eccleſiæ Gallicanæ libertates, Decretorum juriſprudentiam complectuntur. Verum cum hæ notæ in prolixioribus clariſſimorum virorum ſcriptis diſpergantur, operæ pretium duximus, inde eaſdem decerpere & juxta lexicorum ordinem digerere; quippe quarum maximus cum in Gallia, tum in Italia, aliiſque regionibus uſus eſt, & rebus dijudicandis ſumma utilitas. Quod ſi cui exiguæ molis videatur noſtrum hoc volumen, ideo id ita factum eſſe ſciat, quod eximiorum Juriſconſultorum notis nihil addendum, ſed potius hoc compendio juniorum cauſidicorum labori & crumenæ conſulendum eſſe duximus.

APPROBATIO.

EX Mandato illustrissimi Regiorum Sigillorum Custodis perlegi opus cui titulus est, *Caroli Molinai, Georgiii Loüet, Antonii le Vaillant circà rem Beneficiariam Notæ, à Magistro le Sachot in Senatu Patrono ordine alphabetico digesta*, illud quæ ità concinnatum repeti ut commodo & utilitati forensi apprimè possit inservire. Datum Parisiis, decimo tertio Calendas Januarii anni Domini millesimi septingentesimi vigesimi tertii.

RASSICOD.

PRIVILEGE DU ROY.

LOUIS par la grace de Dieu, Roy de France & de Navarre : A nos amez & feaux Conseillers, les Gens tenans nos Cours de Parlement, Maîtres des Requêtes ordinaires de nôtre Hôtel, Grand Conseil, Prevôt de Paris, Baillifs, Sénéchaux, leurs Lieutenans Civils, & autres nos Justiciers qu'il appartiendra ; SALUT : Nôtre bien amé GUILLAUME SAUGRAIN, Libraire à Paris, Nous ayant fait supplier de luy accorder nos Lettres de Permission pour l'impression d'un Livre intitulé *Caroli Molinai Georgii Loüet, Antonii le Vaillant circa rem Beneficiariam notæ ordine alphabetico Digesta*, Nous avons permis & permettons par ces

Presentes audit Saugrain de faire imprimer ledit Livre, en tel Volume, forme, marge, caractere, conjointement ou séparément & autant de fois que bon luy semblera, & de le vendre, faire vendre & débiter par tout nôtre Royaume pendant le temps de trois années consecutives, à compter du jour de la date desdites Présentes. Faisons défenses, à tous Libraires, Imprimeurs & autres personnes de quelque qualité & condition quelles soient d'en introduire d'impression Etrangere dans aucun lieu de nôtre obéïssance; à la charge que ces Presentes seront enregistrées tout au long sur le Registre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris, & ce dans trois mois de la datte d'icelles : que l'impression de ce Livre sera faite dans nôtre Royaume & non ailleurs, en bon papier & en beaux caracteres, conformément aux Reglemens de la Librairie, & qu'avant que de l'exposer en vente, le Manuscrit ou Imprimé qui aura servi de Copie à l'impression dudit Livre, sera remis dans le même état où l'Approbation y aura été donnée és mains de nôtre trés-cher & feal Chevalier-Garde des Sceaux de France le Sieur Fleuriau d'Armenonville, & qu'il en sera ensuite remis deux Exemplaires de chacun dans nôtre Bibliotheque publique, un dans celle de nôtre Chateau du Louvre, & un dans celle de nôtredit tres-cher & feal Chevalier-Garde des Sceaux de France le Sieur Fleuriau d'Armenonville, le tout à peine de nullité des Presentes; du contenu desquelles vous man-

dons & enjoignons de faire joüir l'Exposant ou ses ayans cause pleinement & paisiblement, sans souffrir qu'il leur soit fait aucun trouble ou empêchement; Voulons qu'à la Copie desdites Presentes qui sera imprimée tout au long au commencement ou à la fin dudit Livre, foy soit ajoûtée comme à l'Original. Commandons au premier notre Huissier ou Sergent, de faire pour l'execution d'icelles tous actes requis & necessaires, sans demander autre Permission, & nonobstant Clameur de Haro, Charte Normande & Lettres à ce contraires; CAR tel est notre plaisir. DONNÉ à Paris le 3 . Décembre, l'an de grace 1722. & de notre Regne le huitiéme. Par le Roy en son Conseil. NOBLET.

Registré sur le Registre V. de la Communauté des Imprimeurs & Libraires de Paris, page 274. n. 41?. conformement aux Reglemens, & notamment à l'Arrest du Conseil du 13. Aoust 1703. A Paris le 7. Janvier 1723.

BALLARD, *Syndic.*

NOTÆ

NOTÆ CAROLI MOLINÆI, GEORGII LOUET, ANTONII LE VAILLANT.

Circa rem Beneficiariam.

ABBAYE.

NON solum tempore Caroli Magni, sed etiam dudum ante, & post, Reges & Domini Locorum facti, suo & pleno jure conferebant Abbatias, ut testatur Gregorius Turonensis, Aimoin. Bened. Paulus Diaconus: deinde cœpit electio esse Monachorum, & Domini Loci; textus cap. *Abbatum*, 18. *q*. 2. primus autem Gregorius 7.

seditionibus attrito imperio hoc jus extorsit ; cap. *si quis, deinceps*, 16. *q.* 7. & ob id ab Henrico IV. pulsus exul obiit: latè dixi post tract. regul. Cancell. *C. M. sur le chap.* 25. *aux Decretal.* de Jure Patronatus.

Sunt plures Abbatiæ quæ moventur in fidem & homagium, ut *l'Abbaye de Maroec*, ab Archiepiscopo Turonensi, *& de Cormery* à Capitulo S. Martini Turonensis ; & hæc in locis suis notoria sunt ; *C. M. sur le chap.* 11. *aux Decretal.* De Regul. Juris.

ABBE'.

Littera obligatoria Abbatis, Prioris & Conventus, facta, & eorum sigillis sigillata, post mortem Abbatis, vel Prioris, sigillis recognitis est executoria super bonis Conventus ; *Quia est nomen dignitatis qua non moritur: dixi in Consuetudine Parisiensi*, §. 171. *C. M.* sur le stile du Parlement, part. 5. q. 320.

Aliquando Abbas venit appellatione Monachorum ; *C. M. sur le chap.* 46. *aux Decretal.* De Simonia.

Abbas Commendatarius est verus Prælatus ; *C. M. sur le chap.* 32. *aux Decretal.* De Sententia excommun.

ABSOLUTION.

Excommunicatus pluribus excommunicationibus, si absolvitur ab unâ, remanet ligatus ex aliis: Imo, etiam una & eâdem excommunicatione innodatus ex pluribus causis, si sit absolutus ex una tantum, causa expressa, remanet adhuc excommunicatus; quod intellige de excommunicationibus præcedentibus ex diversis factis; quia plures excommunicationes ex eodem facto, habentur pro una, & sufficeret una absolutio simpliciter facta *C.M. sur la Coûtume de Paris,tit.* 1. §. 1°. *glos. 9.n.39.*

Antiquitus dabatur quidem venia Canonis infracti, sed non infringendi; *Vaillant sur la regle* De Publicandis resignationibus, *n.* 214.

ABUS.

Boni prudentisque principis est non, solum præsentes abusus tollere, sed etiam imminentibus & futuris obviam ire, vigilando, consulendo, providendo; *C. M. ad præmium Edicti Henrici II. contra parvas datas*, verbó *peuvent.*

ACCUSATEUR.

Accusator non debet esse inimicus accusati; *Jure Canonico*; *secus de Jure Civili*; *Panormit. hic*; C. M. sur le chap. 1. aux Decretal. *De Accusationibus*.

An familiaris criminosus accusare possit, puto judicem ex causis & personis arbitrari debere; C. M. sur le chap. 5. aux Decretal. *Ibidem*.

Monachus quandoque potest accusare Abbatem, etiam impensis Abbatiæ; *cap. penult. eodem tit.* 1. *Gemin. Consil.* 55. *Guid. Pap. decis. Delphin. q.*561. C. M. sur le chap. 11. aux Decretal. *Ibidem*. Idem. Super cap. 26. *Eodem*.

ACTE.

Ubi actus potest trahi ad duo diversa, magis intuemur quod prodest, quam quod nocet; *du Moulin dans ses Notes sur le Commentaire de Dynus Muxellanus sur les regles de Chancellerie*, Regula 2. *n.* 40.

Actus nullus semper nullus est de jure, licet non semper de facto; *le même*

dans ses Notes sur les Conseils de Decius ad jus Pontificium, sur le chap. *Cum omnes*, extra, *de Constitutionibus*, in verbo *imo valet*.

AGE.

Allegans ætatem majorem vel minorem, debet probare; *Panorm. & Felin. sur le chap.* 8. *aux Decretal.* De Probationibus.

Cum de ætate fit mentio, de naturali intelligendum est, non de ea quæ imperiali Beneficio suppletur; Cod. de his qui veniam ætat. impetrav. l. fin. nisi cum eadem est ratio; late Joann. Cret. in leg. *Gallus*, §. *& quid si tantum*, col. 3. Cum seq. de liber. & posthum. *C. M. sur le chap.* De Rescriptis in 6°.

Hodie est decisum requiri ætatem 14. annorum in Canonicatu Ecclesiæ Cathedralis, in regula Cancellariæ Innocentii VIII. num. 17. quæ fuit primum Urbani IV. confirmata per Gregorium II. Ægid. Bellarm. decis. 727. & 754. *C. M. sur le chap.* 32. *aux Decretal.* De Electione in 6°.

De ætate Papa in hoc casu potest

diſpenſare, puta, ut vidi, cum habente 20. annos cui confert Parochiam, ut nonobſtante defectu ætatis eam teneat, non tenetur promoveri, nec ad Subdiaconatum quidem, donec attigerit vigeſimum quintum annum; adhuc non incidit, in aliquam pœnam niſi eo elapſo: & ita hoc anno 1551. conſului malè judicatum per conſervatorem Privilegiorum Regiorum, qui judicaverat contra diſpenſatum à Papa, & ſubſcripſerunt peritiores togati noſtri ordinis; *C. M. ſur le chap.* 34. De Electione in 6°.

Ut quis poſſit promoveri ad Epiſcopatum, ſufficit quod attigerit, viginti ſeptem annos; quia hic ſatis eſt in co laſſe; *C. M. ſur le chap. unique aux extravagantes communes.* De poſtulatione Prælatorum.

Ut quis poſſit poſſidere Abbatiam, ſufficit ſi increperit 25. annum; quia Abbatia eſt de inferioribus dignitatibus; & ideò Abbas non æquiparatur Epiſcopo; *C. M. ſur le Traité de M. de Selve*, De Beneficio, *part.* 3. *q.* 5. *n.* 16.

In Prioratibus annus vigeſimus tertius ſufficit; *Ibidem n.* 20.

ALIENATIONS.

Alienatio bonorum Ecclesiasticorum facta sede vacante, ipso jure non tenet, saltem novo jure, *C. M. sur le Canon* 41. *caus.* 12. *q.* 2.

In alienatione bonorum Ecclesiæ sufficit quod ex alienatione Ecclesia damnum non patiatur; *Quod & æquissimum, & tenent Docteres in l. cum hi §. eam transactionem, de transact. & ita Sæpe deffendi & obtinui; & ita hodie judicatur in Senatu Parisiensi*; C. M. sur le Canon 51. caus. 12. q. 2.

Alienatio rei Ecclesiasticæ facta à Prælato ex consensu Capituli, valet, etiamsi ex eventu sit nociva Ecclesiæ; *Secus si non esset casus apparenter licitus, quia ipso jure esset nulla, Anton. hic, & Innocent. & Felin. cap.* Quæ in Ecclesiam, *col.* 1. *de Constitut. Anton. Corset. singul. verbo* alienatio, *C. M. sur le chap.* Cum Apostolica, *aux Decretal.* De His quæ fiunt à Prælatis.

Nota singulariter quod licet contractus alienationis bonorum Ecclesiasticorum, sit nullus, & Ecclesia læsa

ultrà dimidiam, ut hîc, adhuc reus lucratur fructus perceptos ante litem contestatam, nec compensantur, cum sorte principali; & ita sæpe vidi judicari in Senatu Parisiensi; quia contractus non est nullus nisi Ecclesia vel minor velit, seu quando volet; *C. M. sur le chap.* 11. *aux Decretales*, De Rebus Eclesiæ alienandis vel non.

Alienatio bonorum Ecclesiasticorum facta non præcedente tractatu, non servatis solemnitatibus, & sine justa causa, non valet; *ante ducentos annos scripsit Andræas Isern.* Qui feudum dare possunt, in principio, colum. 2. *Quod jam tempore suo non observabatur tanta solemnitas; quia, inquit, Ecclesiæ, quæ erant tenues sunt ditatæ; & nondum viginti anni in majore Inquisitionum Classe Senatus Parisiensis, non quærebatur de forma si non esset læsio; quod hodie generaliter in omnibus Classibus Senatus servatur, & bene*; C. M. sur le chap. 1. *De Rebus Ecclesiæ non alienandis* in 6°.

Directo factum est contra sæcularem potestatem, & contra Sententiam beati Augustini, Can. Quo jure 8. distinct. à Papa Bonifacio quod disceptatio de

rerum Ecclesiasticarum alienatione, trahi debeat ad forum Ecclesiasticum; ille enim palam se dicit jure divino Imperatorem esse, & se utrumque gladium habere; sed parvum curatur, etiam in Italia extra terras Papæ; *C. M. sur le chap. 2. aux Decretal.* De Rebus Eccles. non alien. *in 6°.*

Quod si constet alienationem rei Ecclesiasticæ factam ex justa causa, servanda est, licet de deffectu solemnitatis appareat, dummodò constet quod alienatio cessit in utilitatem Ecclesiæ, & alienatio sit temporalis; & ita quandoque vidi practicari in Parlamento Parisiensi; & bene quia solemnitates illæ non sunt introductæ, ut Ecclesiasticis liceat decipere sed duntaxat ne Ecclesia decipiatur. *C. M. dans ses Notes sur les Conseils de Decius ad jus Pontificium*, ad cap. *Canonum*, tit. *de Constitutionibus*, extra, in verbo *contentioso.*

ALIMENS.

Ex qua causa pater potest exhæredare filium, & ex ea potest alimenta denegare: Petr. Gerard. singul. 1. Hypolith.

Marsil. singul. 78. *C. M. sur le chap. 5. aux Decretal.* De eo qui duxit in matrimonium.

AMENDE.

Judices inferiores, etiam Regii, etiam Præsidiales, non possunt amendas infligere contra judices Ecclesiasticos pro distractione Jurisdictionis, sed hoc fieri potest tantùm per Curiam supremam, ad quam appellatum est tanquam ab abusu; *C. M. sur l'art. 2. de l'Ordonnance de* 1539. Sed pendente lite super contestatione an judex Ecclesiasticus sit in possessione de causâ cognoscere debet judex Regius, tanquam fundatus, saltem *par main souveraine*, cognoscere; per hanc bonam ordinationem occurretur in finitis appellationibus *comme d'abus*, Ibidem, *sur l'article* 3.

ANATOCISME.

Constitutio Philippi pulchri, facta anno 1311. prohibet Anatocismum sub pœna corporis & bonorum, *sur le stile du Parlement, partie* 3. *Titre* 40. §. 3.

ANNE'E.

Computatio annorum à natali Domini, incepit ex usu Romanæ Ecclesiæ; & hoc factum est anno salutis 801. temporibus Leonis III. Summi Pontificis, & Caroli Magni, Francorum Regis; *C. M. sur la Coûtume de Paris, au tit.* 1. *des Fiefs, n.* 27.

APPEL.

Appellans re integra non potest appellationi renunciare nisi impensas offerat; *C. M. sur le chap.* 12. *aux Decretal.* De rescriptis.

Hæc clausula *omni appellatione remota*, apposita in rescripto judicis delegati, *operatur respectu cujuslibet appellationis, quæ à jure non approbetur*; *Panorm. ut de appellat. cap. Pastoralis, extra* : C. M. sur le chap. 27. aux Decretal. *De Offic. & potest. judic. deleg.*

Apud gallos per Concordata soli immediato competit, Jurisdictio appellationis, & appellatur tanquam ab abusu si mediatus, etiam Papa, sese interpone-

ret: *C. M. sur le chap. 7. aux Decretal.* De appellat.

Pendente appellatione reus condemnatus potest resignare, modò in supplicatorio resignationis libello Papæ, aut collatori exponatur reum, resignantem condemnatum, aut inter reos esse: *M. Loüet sur la Regle* De pulicandis resignationibus, *n.* 98.

APPEL COMME D'ABUS.

Graviter errabant novelli quidam Pragmatici, qui Curiæ Burdegalensis Arrestum irridebant quo appellationem tanquam ab abusu à quodam Officiali Ecclesiastico annullaverat, quos reprehendi; quia Curia est judex, & justitiæ, & meriti omnis appellationis interpositæ, etiam in casu in quo non esset judex actus à quo appellatur; *sur le stile du Parlement, part.* 5. *q.* 386.

L'Appel comme d'abus n'est point suspensif en matiere de discipline entre personnes Ecclesiastiques; *Si in sacris sunt actu deservientes divino ministerio, strictè & proprie capiendo Clericum: imò etiam intelligitur de eo qui se non negat simplicem Clericum, &*

Conventus est in personali, puta coram conservatore apostolico, si agatur de personali simplex Clericus appellans ab abusu, non suspendit, licet tamen non revocetur per viam abusus & attentati, quod post factum est tamen: potest revocari per viam justitiæ si inveniatur bene appellatum, ut si Clericus excipiat quod actor non erat immatriculatus ad finem non provocandi: Si autem Laicus, vel Clericus conjugatus appellet, quamvis sæpe fit quod appellatio ab abusu non valeat, quia hæc conservatio habet privilegium, tamen suspendit appellatio, sed debet fori Sententia interesse: C. M. sur l'Ordonnânce de 1539. art. 5.

Celui qui succombe en l'appel comme d'abus, doit être condamné en l'amende: *Scilicet mediam erga Regem, & mediam erga partem: Quid si non relevavit, sed anticipatus fuit, & acquiescit extra jus, non puto locum esse dimidiæ emendæ, saltem intra tempus relevandi, licet contrarium fuerit pronunciatum contra dominum* Chapelier, *qui fuerat & carceratus, tempore relevandi, & male, & mulcta? quia fundatur in frustratione: potest tamen sustineri quod non dicit per quem re-*

levare, *& late videtur relevari per anticipantem* : sur l'Ordonnance de 1539. art. 6.

Circa annum 1200 sed post 120. alios annos Philippus Valesius, Francorum Rex, orante Doctissimo viro domino Petro *de Cugneres*, Advocato suo, temporalium Jurisdictionem ab Ecclesiasticis usurpatam ad se reduxit, via appellationum ab abusu; unde commissiones cognoscendi de rebus Ecclesiasticis, ex tunc fuerunt, & sunt abusivæ in Regno Franciæ, *C. M. sur le chap.* 32. *aux Decretal.* De Officio & potestate Judicis delegati, *& sur le chap.* 23. *aux Decretal.* De verbor. sig.

Tanquam ab abusu & ab Officialibus Episcoporum, & à Bullis Papæ appellatur in Gallia, si attentarent super his quæ erant de Jurisdictione sæculari, etiam inter Clericos, nonobstante quavis consuetudine, vel præscriptione, quæ non admitteretur; *sur le chap.* 3. *aux Decretal.* De novi operis nuntiatione.

A Statutis Monachorum, per quæ libertas laïcorum minueretur, appellari potest; *sur le Commentaire de Decius* ad jus Pontificium, cap. *Ecclesia beatæ*

Mariæ, aux Decretales, *de Constitutionibus*, in verbo *timidiores*.

Appellationes tanquam ab abusu sunt valida remedia contra usurpationes, quæ à Curia Romana contra libertates Ecclesiæ Gallicanæ fieri possent : *M. Loüet sur la Regle* De infirmis resignantibus, *n.* 107.

Ubi Papa aliquid statuit contra leges Regni, potest appellari tanquam ab abusu, ab executione : *Vaillant*, ibidem, *n.* 291.

A denegatione justitiæ in supplicationibus factis Sedi Apostolicæ, quæ sunt conformes juri communi, potest appellari tanquam ab abusu : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 426.

ARCHEVESQUE.

Archiepiscopi nullam habent Jurisdictionem in subditos suorum suffraganeorum, nisi in casu appellationis : *C. M. sur laRegle*De infirmis resignantibus, *n.* 67. & 68.

ARCHIDIACRE.

Episcopus non tenetur de facto Ar.

chidiaconi, quia hodie Archidiaconatus sunt tituli Beneficiorum, & non simplices administrationes, ut olim? *C. M. sur le chap. 7. aux Decretal.* De Officio Archidiaconi.

AVEU.

Verbum *Aveu* Gallorum est & peculiare recognitionis feudalis, quam etiam Episcopi debent Regi, & Dominis Locorum sub eo: Hæc jura in Francia Bonifacius VIII. volebat convellere: *C. M. sur le chap.* 2. De rebus Ecclesiæ non alienand. in 6°.

AVOCAT.

Advocati Ecclesiarum erant certi Magistratus velut defensores civitatis ad causas decidendas sub politia veterum Francorum Regum & Imperatorum, ut apud Ansegisum, de Constit. Caroli Magni, Ludovici Pii, & Clotharii, lib. 3. cap. 11. *C. M. sur le chapitre 6. aux Decretal.* De jure Patronatus.

Anno 1551. 5. Octobris in Senatu Parisiensi Illustres domini Nicolaus *Brus-*

lam

lard, Procurator Generalis Regis, & Jacobus *Aubry*, Regis in ea causa patronus, & Parisiorum Proprætor, palam restiterunt Advocato ditenti errorem in facto Religionis, nec falsam illationem tolerare noluerunt, toto amplissimo cœtu, in quo eram, approbante: *sur la Rubrique du Titre* De celebratione Missarum, *aux Decretales*.

BANIR.

JUdices Ecclesiastici non possunt bannire; textus in cap. 2. de Cleric. excom. minist. in authentica de Sanct. Episcop. §. Nisi si quis contra Clericum, col. 9. de foro competenti in sexto; & ita observatur: *C. M. sur le Stile du Parlement, part.* 5. *q.* 82.

Facultas quæ quadam consuetudine inoleverat in gratiam judicum Ecclesiasticorum, posse bannire, post conciones domini Petri Cugnerii meritò exolescere cœpit; *C. M. sur le Stile du Parlement, part.* 5. *q.* 82.

BANISSEMENT.

Judex Ecclesiasticus nedum potest imponere exilium, sed nec requirere, nisi velit personam accusatoris subire; quia judex sæcularis debet de causa cognoscere; facit quod dixi in annotationibus ad Alexandrum, cons. 130. lib. 4. & ad Philippum Decium, cap. *At si Clerici*, de judiciis, *C. M. sur*

le chapitre 1. *aux Decretal.* De calumniatoribus.

BANQUIER.

Nummularius Curiæ Romanæ, qui peccaret in sui muneris officio, condemnaretur ad damna & interesse, & hoc maximè pendet ex facti ciconstantiis; *M. Loüet sur la Regle* De verissimili notitia, *n.* 33. *&* 34 Secus si res accidisset sine nummul arii culpa, si enim nummularius non esset in culpa, non teneretur; *Vaillant*, ibidem.

BASTARD.

Dico quod illegitimè natus dispensatur ad ordines, & Beneficia non curata obtinere, sive dentur per collationem, vel electionem; per cap. 1. de filiis presbyterorum, in 6. quod non distinguit; *sur le Traité de M. de Selve*, De Beneficio, *part.* 3. *q.* 62. in principio.

BLASPHEMATEURS.

Contra Blasphematores constitutio Ca-

roli VIII. de 1490. varias pœnas continet; *Ordinatio pulchra* contra jurantes & nomen Domini blaſphemantes; quæ utinam ſervaretur; quia etiam clericorum capturam ſpectat ad ſingularem; *ſur le Stile du Parlement, part.* 3. *chap.* 41. §. 2.

BENEFICE.

Innocentius dicebat unum Beneficium intitulatum, & pluria commendata, quempiam, habere poſſe, ſecundum Joannem Andræam, hic; ſed abuſus eſt, ut dixi in tract. reg. Cancell. de public. n. 222. cum ſequenti; *C. M. ſur le chap.* 4. *aux Decretal.* De ætat & qualit. & ordin. Præficiend.

Dic quod promiſſio Beneficii nondum vacantis non valet; nec poteſt conſequi Beneficium vi promiſſionis; *ſur le chap.* 9. *aux Decretal.* De Præbendis.

Mandatum quo Papa dixerat ut Epiſcopus nulli alii præbendam aſſignare præſumat, donec talis Clericus in eadem Eccleſia Beneficium aſſecutus fuerit, non reciperetur in Gallia, quia hujuſmodi mandatum non eſt in forma concordati; & ſic capitulum 17. extra, de Præbendis, ibi non ſervatur: *C. M. ſur le chapi-*

tre 17. aux Decretales. De Præbendis.

Si quis plura Beneficia poſſideat, non vacant ipſo jure, etiamſi hujuſmodi Beneficia reſidentiam requirant; Oldradus q. 165. niſi in Monachis, quibus omnis pluralitas eſt incompatibilis; & ita hic obſervatur; *C. M. ſur le chap. 28. aux Decretal.* De Præbendis.

Beneficia affecta non cadunt in expectativas cap. 1. Si ſoli, de Conceſſ. Præbend. in 6°. *ſur le chap.* 34. *C. M. aux Decretal.* De Præbendis.

Mandatum de providendo talem Clericum de Beneficio, non trahitur ad præbendam Eccleſiæ Cathedralis, quæ non venit niſi dicatur; Panormit. hic, & in cap. *Poſtulaſti*, De Reſcript. Dominicus cap. 1. De filiis Preſbyt. in 6. Felin. cap. Noſtræ, collorario 39. De Reſcript. Rot. Deciſ. 133. Not. Quod in antiquis deciſ. 136. Voluerunt deciſ. 247. habens gratiam in novis; *C. M. ſur le ch. 38. aux Decretal.* De Præbendis.

Inſtitutus in Beneficio perſonæ viventis, deſtituendus eſt, & etiam ex ignorantia quia ambitio ſus; *C. M. ſur le chap. 1. aux Decretal.* De conceſſione præbendæ.

Beneficia quæ sunt in jure patronatus Laïcorum, nunquam vacant in Curia; *C. M. sur le chapitre 2.* De Præbendis *in 6°.*

Papa intra mensem conferre debet Beneficia vacantia in Curia, à die vacationis; & hoc tempus currit indistinctè, etiam vacante sede, quidquid dicat glossa: idem si Papa interim contulerit, sed nulliter: idem si valide, sed collatarius repudiavit; *C. M. sur le chap.* 3. De præbendis in 6°.

Beneficia ad solum Episcopum spectantia, & Beneficia ad solum Capitulum, spectantia, sunt Beneficia omninò & realiter distincta, & sunt duo collatores distincti, ita ut sub appellatione unius non veniunt Beneficia alterius; *sur le chap.* 6. De præbendis in 6°.

Beneficium collatum absenti, & existenti in Curia, & deinde hic collatarius in Curia existens, requirat Beneficium, vacabit in Curia, sed antiqua vacatio manebit; Gemin. Philipp. Franc. cap. *Præsenti*, ad finem, Cod. quod si resignans interim moriatur ante admissionem resignationis, vel acceptationem resignatarii, morte antiqui possessoris diceretur Beneficium va-

tare; *C. M. sur le chap.* 17. De præbendis, in 6°.

Beneficium colaltum absenti potest acceptari ab absente etiam post sex menses concessos collatoribus Ecclesiasticis ad conferendum; *scilicet re integra notificando, & sic etiam ante devolulutionem ad Superiorem, ut dixi, in novis intellectibus in Jus Canonicum, C. M.* ibidem, & cap. 35. ibidem.

Si quis duo Beneficia incompatibilia obtinuerit, quorum unum collatum fuerat à Papa per præventionem ordinarii, Beneficium incompatibile vacat ipso jure; *Secus si Papa præventus fuisset ab ordinario; quia collatarius eligeret, juxta cap. multa, extra ꝗ, eod. & Collatio Papæ nullo modo valeret, tanquam de Beneficio repleto; nec convalesceret etiam Priori Beneficio elato, & isto secundo repudiato; per ea quæ dixi in regul. Cancell. de infir. resign. num. 37. & 54. nisi collatarius jam habebat plura talia ex dispensatione repleta, ita quod collatio ordinarii ab initio ipso jure non valuerit; cap. Ordinarii, in 6°. De Offic. ordin.* sur le chap. 20. *de Præbendis in 6°.* Sed oportet ut acceptatio Beneficiorum

sncompatibilium sit facti; quia per solam collationem, quæ nulla est, non vacarent Beneficia.

Capitulum 24. De Prædendis in 6°. Circa Beneficia in mandato Papæ contenta, non habet locum in regno Franciæ, quia Mandata sunt ibi limitata ad formam, cap. *Mandatum*, de Rescriptis; ultra quam formam ordinarii nequeunt gravari, & sic electionem habent, *C. M. sur le chap.* 24. De præbendis in 6°.

In Beneficiis incompatibilibus collatarius toto anno habebat electionem; tenet Panorm. cap. *Nulla*, eodem, colum. 5. Petr. Anchar. Cons. 328. col. 1. *C. M. sur le chap.* 26. De præbendis in 6°.

Plus est habere jus in Beneficio, quam habere jus ad Beneficium; *C. M. sur le chap.* 39. De præbendis *in 6°*.

Mandatum de providendo de Beneficio ad collationem Capituli pertinente, non tangit jus singulare Canonici; *Glossa Pragm. de Collat. Petrus Rebuff. Tract. de Nominat. q.* 8 *n.* 31. *Math. Pac. Tract. de Mandat. part.* 5. *Conclusion.* 10. *C. M.* sur le chapitre 41. *De Præbendis in 6°.* Idem dicendum

G

si quilibet Canonicus per singulas hebdomadas conferat; vel si Capitulum statuit quod quilibet Canonicus, dum vivit, conferat certa Beneficia; Gemin. *ibidem*, nisi litteræ Apostolicæ continerent clausulam de providendo Beneficio, cujus collatio spectaret ad Capitulum singulisque Canonicis; quia æquipollent; ut in Concordatis Leonis X. & Francisci I. *ibidem*.

Dubium non est primo impetrantem, Beneficium præferri; *Nisi adhuc esset innotabili negligentia per cap.* Tibi qui *in fine*; *ubi clausula refertur ad omnia præcedentia*; *Gemin. dicto cap.* Ubi, *extra de rescriptis. C. M.* sur le chap. 8. aux Decretal. *in 6. De Concessione Prabendæ.*

Beneficium censetur concessum à die datæ; cap. *Inter cætera*, cap. *Dilecto*, *extra*, *de Præbendis*; Ibidem, cap. *Ubi qui*. De Rescriptis, *ibidem*.

Nota quod in Beneficiis impetrandis stilus Curiæ non habet ut det impetrantibus clausulam anteferri, contrahentes gratiam, à Papa concedente clausulam illam de quo etiam supra de præbendis: *sur le chap. 7. aux Decretales in 6°.* Ibidem.

Beneficii appellatione in dispositione juris, quodlibet Beneficium Ecclesiasticum venit, etiam Dignitates, Personatus, Canonicatus, & Ecclesiæ cum cura aut sine cura, *C. M. sur le Titre* De Regulis Juris, *aux Decretales in 6°. Reg. 1.*

Impossibile est duos esse intitulatos simul in eodem Beneficio, *sur le chapitre 1. aux Clementines*, Ut lite pendente nihil innovetur.

Qualitates Beneficii, tam obtenti, quam obtinendi, sunt in supplici libello exprimendæ coram Papa, vel Legato, sive dispensando, sive de providendo agatur; Gemin. Cons. 91. num. 6. & ita observatur, quidquid Glossa hic, & Roman. Cons. 362. dicant; *sur le chapitre 1. aux Clementines*, De Præbendis.

Possessio meri facti ultimi Beneficii incompatibilis facit priora beneficia incompatibilia vacare, sive is qui hujusmodi possessionem capit, in ultimo Beneficio habeat jus, sive non: sed omissio possessionis qua potest apprehendi, facit priora beneficia vacare, quandò provisio ultimi tenuit; aliàs non: *sur le chap. 3. aux Clementines*, De Præbendis.

Mandato de providendo de Beneficiis ad collationem pertinentibus, non includuntur Beneficia devoluta ad collationem; *C.M. sur le chap.* 5. *aux Clementines*, De Præbendis.

In impetratione prima gratia prævalet; in primis si sit pura nec conditionalis, & à tempore datæ valet; *sur le chap.* Unique, *aux Clementines*, De Concessione Præbendæ; Unde si gratia est limitata ad Beneficium quod intra mensem acceptabitur, gratia est omnino & indistinctè perempta quoad Beneficium non acceptatum infrà hoc tempus, & sic, illud Beneficium sibi non debebitur vi gratiæ, ut liquet, licet non sit alii debitum; quia gratia sua poterit in aliis impleri; posset enim ei ut cuilibet extraneo per ordinarium conferri, *ibidem*.

Standum est regulæ generali quod in Beneficiis per negligentiam Abbatis, vel Prioris aut Prælati inferioris, non fit devolutio collationis ad conventum, secus esset si Abbas, Prior aut Prælatus inferior esset suspensus; tunc enim pleno jure collatio spectaret ad Conventum; Jarabella, Panormit. hic, &

in titulo *De supplenda negligentia*, aux Decretales, Philipp. Franc. cap. 1. de major. & obedient. in 6 Felin. cap. *Iis quæ*, extra, de major. & obedient. Rota *de supplenda negligentia Prælatorum*, in antiquis, Gloss. Pragmat. de Collat. §. *Si quis*, versic. *Superiorem*; & §. *Statuit*, versic. *si Superiores*, C. M. sur le chap. 1. aux Clementines, *De Statu Monachorum*.

Ut duo Beneficia sint incompatibilia, non requiritur quod utrumque sit curatum, sed aliquando incompatibilitas desumitur ex necessitate residentiæ, vel ex fundatione, vel ex qualitate personæ, puta si Monachus tenebat duo Beneficia, quorum unum est simplex; quia nullitas quidem est secundi, sed non privatio primi, nec habilitas ad alia, nisi in terminis hujus textus; C. M. *sur le chap.* unique, *aux Extravagantes*, de Præbendis & Dignitatibus.

In Beneficiis extensio vacationum in Curia non admittitur in Gallia, ut pote ambitiosa; *C. M. sur le ch. 4. aux Extravagantes communes*, De Electione.

Beneficium Ecclesiasticum in quatuor consistit, 1°. In habilitate & in persona

quæ providet ; 2°. In perſona cui providetur ; 3°. In qualitate ipſius Beneficii ; 4°. In modo & in proviſione , *C. M. ſur le Traité de M. de Selve* , de Beneficio , *q.* 1. *p.* 1. *n.* 2.

Beneficium non poteſt dici Eccleſiaſticum niſi habeat aliquid ſpirituale annexum , *ibidem. n.* 5.

Beneficium debet conferri pure & ſine pacto , vel conditione , & non pro commodo temporali , alias committitur ſimonia , *ibidem n.* 6.

Sub appellatione Beneficii veniunt Papatus , Archiepiſcopatus , Epiſcopatus , Abbatia , Prioratus , tam ſæcularis quam regularis , Dignitates , Perſonatus , Præbendæ , Canonicatus , Beneficia ſimplicia , aut ad Curiam , vel ſæcularia vel regularia , cum reſidentiâ vel non , Capellania , & omnia alia Beneficia in titulum erecta , *ibidem , q.* 2. per totum quæſtionis uſque ad finem.

Penſio annua non venit nomine Beneficii , *ibidem* , *q.* 3. *n.* 11.

Cardinalatus pariter non eſt Beneficium, ſed Officium Eccleſiaſticum, *ibidem* , *n.* 14.

Beneficia regularia dicuntur ea quæ

in fundatione ita fuerunt ordinata, & quæ reguntur per Religiosos, vel quæ consueverunt per eos regi spatio 40. annorum cum titulo, vel tanto tempore cujus initii non sit memoria, *ibidem*, *q*. 4. *n*. 22.

Fictio, vel tolerantia, habitus Clericalis in eo qui rectè non est Clericus, non sufficit ut hujusmodi prætensus Clericus possit obtinere beneficium in titulum; vide Summam Angelicam, verbo excommunicatio. §. 25. *ibidem*, part. 3. q. 6. in principio.

Ex quo quis Beneficium sibi collatum non acceptat, censetur ab initio renuntiasse, *ibidem*, q. 9. n. 2.

Quando ad provisionem Beneficii requiritur solemnitas substantialis, tunc non sufficit tolerantia, *ibidem*, q. 10. n. 14.

Certum est quod hodiè valor Beneficii impetrati debet exprimi, ut in Concordatis, tit. de Mand. in fine; & notatur in quæst. Tholos. 435. Sed quid de valore Beneficii habiti; & ego puto idem cum Felino; ut eum sequor contra Petrum de Anchara no, & videtur prolatio in titulo de Mandatis; in fine, in Concordatis, *ibidem*, q. 11. n. 47. & q. 12. n. 2. & 33.

Sunt certæ qualitates quæ exprimi debent ab impetrante Beneficium; quia possunt alterare animum concedentis, qui non esset æquè faciliter concessurus, *Ibidem*, n. 18.

Ego dico quod in defendendo potest reus in re Beneficiaria semper ex diversis titulis; etiam contrariis se, jurare: similiter actor sive in petitorio, sive in possessorio potest ex diversis titulis, non tamen contrariis nec repugnantibus se fundare; quamvis regulariter ex eadem causa non possint cumulari plures actiones, l. ex ejus, ff. *De Regul. Juris*, secus si ex diversis, *C. M. Ibidem*, q. 19. In principio.

Non est dubium, quin tunc restitutus præferatur in beneficio; quia talis gratia secundi ex quo caret clausula *nonobstante quod pro alio scripserimus*, est subreptitia: ideò nihil debet consequi; & sic necesse est quod præferatur restitutus: Sed si gratia secunda est impetrata post renovationem primæ, tunc valet sine ulla clausula; & in restitutione debet fieri mentio *non obstante quod pro alio interim scriptum sit*; aliàs restitutio ineficax, vel quia subreptitia, vel quia quamvis motu proprio,

tamen non intendit Papa his Ecclesiam privare, & adhuc restitutus nunquam præfertur secundo impetranti, nisi etiam alia sit clausula *de anteferri*: & hoc in terminis juris communis: Sed attento hodiè quod per concordata semper ponitur clausula. *Si pro alio non scripserimus* dicendum est quod si secundus impetravit ante revocationem primæ; sua gratia est penitus nulla; si post, valet, sed restitutio primæ, sequens est nulla, nisi à diversis Papis fierent; quo casu adhuc restitutus postponetur semper nisi habeat clausulam *anteferri*: Sed illa nunc non utimur, hic quia non est in forma concordatorum, *Ibidem*, q. 32. n. 1.

In Beneficiis impetrandis hæc clausula *non obstante quod pro alio scripserimus*, hodie per pragmaticam & concordata non ponitur, sed contraria, *Ibidem*, q. 35. n. 1.

Beneficia non debent esse hæreditaria; sur la Regle *De Infirmis resignantibus*, n. 36.

Papa non potest omologare concordatum de Beneficio factum, in quo agitur de Beneficio tertii non consentientis, *Ibidem*, n. 158.

Plures titulos Beneficii impetrati cumulare non licet nisi quatenus primus excludit secundum, *Ibidem*, n. 160. & 162.

Beneficium vacans in Curia debet Papa de eo providere infra mensem à die obitûs Beneficiarii, vel à die alius vacationis Beneficii; alioquin Ordinarius, vel ejus Vicarius, hoc mense elapso, poterit liberè conferre; & ordinarius habebit sex menses, ab hoc mense elapso, ad conferendum; quin imo si ordinarius contulisset infra mensem Papæ, valeret collatio, Papa non conferente in mense suo, *Ibidem*, n. 169. 171. 172. 178. & 182.

Beneficia, non erant tituli in primitiva Ecclesia, sed tantum administrationes; ideòque tituli Beneficiorum sunt de jure novo seu positivo, *Ibidem*, n. 283.

Regulariter crimen non privat Beneficio ipso jure, nisi in casibus in jure reservatis, *Ibidem*, n. 374. & 386.

Quando quis privatus est Beneficio ipso jure, potest Beneficium statim conferri, *Ibidem*, n. 374. 385. & 388.

Impetrans Beneficium viventis, fit incapax impetrandorum aliorum Bene-

ficiorum, *Ibidem*, n. 387. & 391. vel saltem pro ea vice ; *sur la Regle* de Publicandis resignationibus, *n.* 214.

Beneficium ipso jure vacans per crimen, ex causa infamante, non potest ante Sententiam declaratoriam impetrari, vel ante mortem, vel abdicationem, *Ibidem*, n. 389.

Tempus verisimilis notitiæ in facto Beneficii, non incipit nisi à libera vacatione, *Ibidem*, n. 391.

Beneficia non vacant ipso jure per contumaciam, etiam ex causâ hæresis, *Ibidem*, n. 395.

In Beneficiis non est successio, sed novum jus, *sur la Regle* De Publicandis resignationibus, *n.* 33. 42. *&* 43.

Beneficia sunt juris publici, nec his datur restitutio in integrum, ut in patrimonialibus, *Ibidem*, n. 91. & 93.

Per acceptationem Beneficii, & ejus possessionis adeptionem, contrahitur quasi matrimonium inter Ecclesiam & titularium, cujus dissolutio non ab unius voluntate pendet, sed à collatore pro Ecclesia, resignantis consensu accedente : *M. Loüet sur la Regle* De infirmis resignantibus, *n.* 3.

Beneficia electiva, collativa & con-

firmativa, possunt in Curia Romana resignari : *Vaillant sur la Regle* De infirmis resignantibus, *n.* 6.

Beneficia in Curiâ Romanâ vacantia, & nulliter & vitiose collata à Summo Pontifice, possunt conferri ab Ordinariis; Beneficia enim in Curiâ Romanâ vacantia, non sunt ita reservata Curiæ Romanæ, ut non possint conferri ab Ordinariis, si provisio Papæ est nulla : *M. Loüet sur la Regle* De infirmis resignantibus, *n.* 21.

Nulla Beneficia reservata in regno agnoscimus, exceptis Beneficiis in Curiâ Romanâ vacantibus per obitum, & etiam sub modificatione Arrestorum Curiæ supremæParisiensis:*le même*,ibid.

Papa tenetur providere de Beneficiis in Curia Romana vacantibus per obitum, intra mensem à die vacationis; & post hunc mensem elapsum poterunt Collatores Ordinarii ritè conferre hujusmodi Beneficia : *le même*, ibidem.

Per adeptionem secundi Beneficii incompatibilis primum vacat, si ab Ordinario collatore collatum sit Beneficium : Si autem à Summo Pontifice, aut Beneficia expressa sunt in provisione, nec obest pluralitas, aut non sunt

expreſſa, & nulla, erit proviſio : *Le même*, ibidem, *n.* 126 Imò hod e moribus noſtris Summus Pontifex non poteſt diſpenſare ut quis plura poſſideat Beneficia incompatibilia, niſi ob cauſas graves : *Vaillant*, Ibidem.

Beneficia in Curiâ Romanâ vacantia ad collationem Summi Pontificis pertinent, ita ut Ordinarii Collatores intra menſem quem Papa habet ad conferendum, non poſſint conferre : tamen ſi id fieret,. is qui haberet collatiotionem ab ordinario, poſſet gaudere de triennali poſſeſſione, & de privilegio de pacificis poſſeſſoribus ; quia haberet titulum coloratum, ut conformem juri communi : *M. Loüet ſur la Regle* De infirmis reſignantibus, *n.* 115.

Epiſcopi plus juris habent in iis Beneficiis quæ jure proprio ad patronorum præſentationem conferunt, quam in iis quæ à jure devoluto ob negligentiam, aut malam proviſionem collatorum, *le même*, ibidem, *n.* 216.

Inter duos nominatos eâdem die à Rege, exiſtimo quod ad Regem recurrendum eſſe ; quia incertum eſt quem gratificare maluerit : *Vaillant*, ibidem, *n.* 256.

Vis nominationis à Rege in beneficiis desumitur à Rege , & à Litteris Patentibus &c , non ab insinuatione, ut vult Loüetius , & in hoc fallitur : *le même* , Ibidem.

Regula dicens quod Beneficia sæcularia sæcularibus , & regularia regularibus, locum habet in graduatis, & nominatis à Curia Parisiensi , nisi ex dispensatione Summi Pontificis aliter ordinetur ; *M. Loüet* , Ibidem , *n.* 262. Non credo quod nominatus sæcularis dispensatus ad regularia, possit obtinere, in vim nominationis Beneficium regulare ; quia hoc est contra legem concordatorum , quæ disponit quod Beneficia sint conferenda secundum decentiam status cujusl bet requirentis ; scilicet regularia regularibus , & sæcularia sæcularibus ; immò ante indultum Clementis IX. Collator non tenebatur sæculari dispensato ad sæcularia conferre ; quia moribus nostris Collator non tenetur conferre Beneficia nisi secundum decentiam status : *Vaillant* , Ibidem.

In favoralibus , *Beneficii* verbo omnia veniunt Beneficia , etiam Ecclesiæ , dignitates ; & verbo Beneficiorum re-

gularium, Conventuales Prioratus veniunt : *M. Loüet*, Ibidem, *n.* 282.

Generalis distinctio Beneficiorum est ut alia sint electiva, alia collativa, alia electiva collativa, & alia electiva, collativa confirmativa : *le même*, Ibidem, *n.* 282.

Tituli Beneficiorum sunt de novo jure & positivo : *le même*, Ibidem, *n.* 283.

Contra regulam sæcularia Beneficia sæcularibus, regularia regularibus, aliquando sæcularia regularibus, & regularia sæcularibus dari solent ; sed id fit à Summo Pontifice, ut quando Monachi ad Episcopatum promoventur, vel in defectum sæcularium Ecclesiasticorum, ad Parochiales Ecclesias vocantur ex Apostolica dispensatione, cum attestatione Ordinarii propter personæ qualitatem, Ecclesiæ utilitatem & necessitatem : & ex ea causâ aliquandò cum meditantibus fuit à sede Apostolica dispensatum, quod ob nominis commendationem concessum fuit : *le même*, Ibidem, *n.* 306. Mendicantes ex Constitutione Caroli VII. nulla Beneficia possidere possunt : & sic non sufficit Papæ dispensatio, sed requiri-

ritur quod Rex consentiat per Litteras suas Patentes, & ita practicatur: *Vaillant*, Ibidem.

In Beneficiis verbo fit gratia, & perficitur in collatione Beneficiorum, sive in Summo Pontifice, sive in aliis Ordinariis Collatoribus: *M. Loüet*, Idem, *n.* 308. Hodiè requiritur instrumentum provisionis: *Vaillant*, Ibidem.

Quando absolute gratiæ super Beneficio expeditio Romæ denegatur, ad Parlamenta recurritur ut ad conferendum Beneficium Episcopum, aut aliam dignitatem Ecclesiasticam committant sub eadem data; *M. Loüet*, Ibidem, *n.* 308.

Hodie observatur quod ex quo cursor Romam advolvit, omnia censentur esse perfecta & consummata quæ sunt necessaria ad resignationis validitatem, modò resignatarius non indigeat dispensatione: *Vaillant*, Ibidem.

Beneficia manualia, quamvis non sint perpetua, sunt tamen vera Beneficia, & tituli Beneficiorum; unde in suplici libello qui mittitur Romam ad obtinendum Beneficium per obitum, aut alio quovis modo vacans, exprimi debet; & Jure Gallico observamus Ab-

batibus non licere, sine causa rationabili horum manualium Beneficiorum titulum & collationem revocare: *M. Loüet*, Ibidem, *n.* 320.

Debet semper exprimi qualitas Beneficorum in supplicationibus & provisionibus; alioquin possent impetrantes successu temporis mutare essentiam & qualitatem Beneficiorum; quod periculosum est in regno; quia qualitates beneficiorum sunt juris publici: *Vaillant*, ibidem, *n.* 364.

Beneficium vacat ipso jure per simoniam, aut propter qualificatum homicidium, scilicet assassinatum, *M. Loüet*, Ibidem, *n.* 374. 378. 381. & 397.

Si Sacerdotalis dignitas sit beneficio, & ei qui possidet est apposita ex fundatione aut aliter, beneficium vacat ipso jure si conferatur ei qui nondum Presbyteratus ordinem adeptus est, nec opus est ut monitio præcedat privationem: *le même*, Ibidem, *n.* 385.

Si criminis reus obtineat beneficium, mentionem criminis facere tenetur in supplicatione, & à Summo Pontifice dispensationem criminis obtinere, alias provisio erit nulla: *le même*, Ibidem, *n.* 385.

Hodie

Hodie non est necesse exprimere specialem vacandi modum, & sufficit eum allegare coram judicibus : *Vaillant*, Ibidem, *n.* 385.

Impetratio & provisio beneficii hominis viventis, nulla est, & si collator ordinarius particeps fuisset hujusmodi negotii, caderet à jure collationis : *M. Loüet*, Ibidem, *n.* 387. Revera cum hæc lex sit pœnalis, puniri non debet ordinarius privatione juris conferendi, si non sit in culpa : probabilis autem ignorantia facti excusat : *Vaillant*, Ibidem.

Non possunt provideri Beneficiis Ecclesiastici, excommunicati, suspensi, & infames, nisi ex dispensatione & absolutione ; & clausulæ hujusmodi absolutionum & dispensationum sunt de stilo in provisionibus Curiæ Romanæ ; sed delicta communia tantum delet & extinguit, majora autem & graviora non comprehendit : *M. Loüet*, Ibidem, *n.* 397. Hæ clausulæ non reddunt habilem si aliunde sit inhabilis, & rite excommunicatus, vel si crimen commiserit ante provisionem, quod suspensionem inducat : *Vaillant*, Ibidem.

Beneficia consistorialia vacantia in

Regis dispositione, non astringitur Constitutionibus Ecclesiasticis : *M. Loüet*, Ibidem, *n.* 424. Tamen fallitur Loüetius quoad pensionum creationem; quia etiam in pensionibus quas Rex reservat super beneficiis vacantibus in regalia, quibus jure optimo providet, tamen semper ordinat quod pensiones reservatæ, à Summo Pontifice creentur : in quo non est satis laudanda Regis pietas ; quia cum hæc sectio beneficiorum Jure Canonico improbetur, meritò super ea à sancto Patre dispensandum, nec omnino rejicienda potestas Pontificis in his beneficiis : Si enim aliquis patiatur defectum natalium, vel alius sit irregularis, Rex providendo non dispensabit cum eo; & sic non supplet defectus juris Canonici : hæc Beneficia conferenda sunt vere Ecclesiastica, licet non iisdem legibus teneantur, & revera Rex tenetur servare leges fundationi appositas, & ea conferre personis Ecclesiasticis : *Vaillant* Ibidem.

Beneficia regularia Monachis Monasterii, non aliis Monachis, licet ejusdem Ordinis, ab Ordinario conferenda sunt; nisi prius Monachus per canoni-

cam tranſlationem, & ſervatis ſervantis, factam in Monaſterium à quo pendet beneficium, fuiſſet ingreſſus: *M. Loüet*, Ibidem, *n.* 434 Hæ tranſlationes hodiè fiunt vigore ſolius proviſionis, & ſufficit quod Monachus ſit ejuſdem Ordinis, & militet ſub eadem regula: *Vaillant*, Ibidem.

Prima regula eſt quod in beneficiis ultimus ſtatus maximè ſpectandus ſit: *M. Loüet*, Ibidem, *n.* 432. & 434.

Sæcularia Beneficia Regulares non poſſunt poſſidere ſine diſpenſatione: *le même*, Ibidem.

Canonibus prohibitum eſt ſucceſſorem in Eccleſia ſibi quærere: *Le même ſur la Regle* De publicandis reſignationibus, *n.* 2. Succeſſio in Beneficiis prohibita: *Vaillant*, Ibidem.

Publica honeſtate poſtulante ſancitum eſt ne filius in paterno beneficio ſuccederet: *M. Loüet*, Ibidem. Id intelligendum de jure communi, ſuper quo tamen poteſt Papa diſpenſare: *Vaillant*, Ibidem.

Qui reſignationes in favorem occultas tenent per vitam reſignantis, hoc faciunt ad eludendum regulæ de publicandis reſignationibus, effectum,

ideoque provisiones in suspenso latitant & detinent, resignantis diem obitus expectantes, ut ante mortem possessionem accipiant, & resignantem à possessione beneficii ejiciant: *M. Loüet*, Ibidem, *n.* 2.

Clausula *aut quovismodo beneficium vacaverit*, comprehendit omnia vacationum genera quæ sunt in potestate Collatorum ordinariorum: *le même*, Ibidem, *n.* 64.

Beneficii fructus possunt à creditoribus beneficiali apprehendi; ita tamen ut tertia pars reservetur beneficiato: *le même*, Ibidem, *n.* 91. Semper aliqua portio redituum beneficii debet reservari beneficiato; quia beneficium consistit in jure percipiendi fructus; & sic hac perceptione non debet omnino interdici: *Vaillant*, Ibidem, *n.* 91.

Beneficii impetratio ante obitum titularii non valet, etiamsi mors postea sit illico subsecuta: *M. Loüet*, Ibidem, *n.* 108. Futuras vacationes non licet præcipere: *Vaillant*, Ibidem.

Si quis habens beneficium incompatibile; illud resignet pure & simpliciter in manibus ordinarii; provisio super tali demissione expedita non potest revo-

cari nisi resignans aut cedens in ipso actu resignationis protestatus fuerit, se dimittere beneficium ob incompatibilitatem cum alio quod retinet, & quod alias non esset dimissurus; quia eo casu si alterum beneficium evincatur sine facto suo, posset dimissum repetere: quia lex nemini insidiatur, & in hoc opinio Loüetii est aliquatenus restringenda: *Vaillant*, Ibidem, *n.* 196.

Clausula *aut alias quovismodo vacet Beneficium*, potest apponi in provisionibus seu collationibus Ordinariorum: *M. Loüet*, Ibidem, *n.* 200.

Sunt quædam beneficia quæ de jure & facto ipso jure beneficii inducunt vacationem, quædam per Sententiam declarativam; & in his resignatio valet si ante vel post accusationem, à fortiori pendente appellatione Sententiæ condemnationis: *le même*, Ibidem, *n.* 202.

In beneficiis obtinendis in Curiâ Romanâ, à die quo cursor advolavit Romam, gratia censetur admissa: *le même*, Ibidem, *n.* 211. Id statutum est ad vitandas præcipue nundinationes beneficiorum, quæ Romæ procul dubio fierent apud sollicitatores Curiæ; &

ideò hoc servandum est, & inter libertates regni enumeratur, art. 47. *Vaillant*, Ibidem, *n.* 211.

In beneficiis consistorialibus &, aliis à Regia nominatione dependentibus, Rex noster Christianissimus est summus & supremus dispensator; hæc beneficia jure Coronæ confert, ratione sui domanii in his ut in aliis Coronæ juribus solum Deum authorem agnoscit; cessant regulæ Cancellariæ, & nihil Romæ fieri potest in præjudicium hujusmodi juris; alioquin annullaretur per modum, appellationis tanquam ab abusu; hæc enim sunt jura Regis, quæ Rex à Deo solo, ut & ipsam Coronam, habet: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 280.

Papa beneficiorum in Jure Patronatus laïci existentium retentionem in provisione Episcopatuum concedere potest, etiam contrahentibus Patronis, & eorum vacationem per Episcoporum consecrationem impedit: *le même*, Ibidem; Hæc retentio non est nova provisio, sed juris antiqui conservatio: *Vaillant*, Ibidem.

Revera mutatio status beneficiorum in regno non potest fieri sine consensu Regis: sed excipe de statu regulari qui

poteſt immutari per præſcriptionem legitimam 40. annorum : *le même*, Ibidem.

Regulis Cancellariæ Romanæ in Regno Franciæ receptis ſuper beneficiis, Summus Pontifex derogare non poteſt; hæ enim regulæ, non ut leges Cancellariæ Romanæ, ſed ut leges regni, Eccleſiaſticorum utilitati bonoque publico Eccleſiæ introductæ ſervantur, hiſque nominibus in Curia Parlamenti Pariſienſis regiſtratæ ſunt : *M. Loüet*, Ibidem, *n.* 296. Vide articulum 43. Libertatum Eccleſiæ Gallicanæ : *Vaillant*, Ibidem.

Annus ſeptimus ſufficit ad poſſidenda beneficia ſimplicia ; *M. Loüet*, Ibidem, *n.* 227.

Retroceſſio ceſſionis juris quod habetur in beneficio vel ad beneficium, in ſe non eſt vitioſa, ſed non debet fieri ex modico temporis intervallo; alioquin ſuſpecta fieret ; & hoc vetatur Bulla Pii V. *Vaillant*, Ibid. *n.* 380.

Hodie in beneficiis uno ex litigantibus mortuo, ex Ordinatione Regia anni 1667. ſtatus adjudicatur ſuperſtiti, qui non importat niſi poſſeſſionem quamdam præcariam quæ poſteà facile poteſt impugnari à novo proviſo per

obitum

obitum, qui succedit in totum jus defuncti, & Litteræ Regiæ sunt hodie inutiles quoad hoc, & sufficit suplicare apud judices, apud quos lis pendet; *Vaillant*, Ibidem, *n.* 4:6. 4 8. 419. & 422.

Nec Summus Pontifex, & à fortiori ejus Legatus, etiam à latere, non potest quempiam, & ex qualibet causa providere de Beneficio viventis juxta regulas 20. & 28. Cancellariæ Romanæ, in hoc regno receptas; *M. Loüet sur la Regle* de verissimili notitia, *n.* 2. *&* 3. Hæc corvina sollicitudo impetrantium Beneficia viventium, merito damnatur; *si vultur es, expecta cadaver*: Vaillant, *Ibidem*.

Regulæ *de impetrantibus Beneficia viventium, & de verissimili notitia*, locum habent in ordinario; quia hæc regulæ fundantur in jure naturali: sed adverte differentiã quæ fit inter Papam, Legatum, & Collatores Ordinarios; quoad Papam & Legatum non sufficit tempus verissimilis notitiæ; sed debet apparere per instrumentum authenticum de expeditione cursoris extraordinarii si data retenta fuerit ante tempus quo cursor ordinarius Romam potuit advolare, alioquin cum videret quis

Beneficiis alienis inhians, beneficiatum morbo læthali affectum, posset Romam mittere, & mandare ut singulis diebus data retineretur, & ubi mors eveniret post septem dies ab obitu procurare ut provisio expediretur, & eo modo fraus fieri in necem expectantium & collatorum Regni; sed quoad collatores ordinarios sufficit quod sit verissimile collatorem potuisse scire diem obitus: *Vaillant*, Ibidem, *n.* 5. & 6. Et in hoc concordat cum Loüetio, quin imò regula de verissimili notitia etiam locum habet in provisionibus quæ à Papa concederentur motu proprio: *M. Loüet*, Ibidem, *n.* 11.

Regula de verissimili notitia non pœnam impetranti imponit, sed tantum provisionis nullitatem inducit, maxime si impetrans probabilem notitiam mortis Beneficiati habuerit, veluti ex falso rumore mortis, secus si scienter viventis Beneficium impetravit, non ignorans Beneficiatum esse viventem, tunc enim in pœnam incurreret, & jure suo privaretur; *Le même*, Ibidem, *n.* 16. 17. 18. & 20. Ejusmodi detentores Beneficiorum sunt vere intrusi, & nullum jus in Beneficio possunt acquirere, *Vaillant*, Ibidem, *n.* 20.

Hodie in Beneficiis Papa nullas habet reſervationes in Gallia, niſi in Patria obedientiæ; puta in Britannia & Provincia, vulgò *Provence*: M. Loüet, *Ibidem*, *n.* 67. & 68.

Clauſula in Beneficiorum proviſionibus Sedis Apoſtolicæ appoſita, *motus proprii*, quæ locum non habet niſi in patria obedientiæ, non inducit diſpenſationem defectus, qui à jure exigit diſpenſationem ſpecialem; quia hæ diſpenſationes nunquam debent ſuppleri: *Vaillant*, Ibidem, *n.* 113.

Hæc enim clauſula extraordinaria & contra Juris communis diſpoſitionem, non tollit deffectum natalium, aut ætatis, vitium corporis, maculam bigamiæ, & alia omnia impedimenta juris; hæc enim impedimenta ſpecialem clauſulam deſiderant: *M. Louet*, Ibidem.

In beneficiis lis initium capit à titulorum communicatione ſeu exhibitione: *le même*, Ibidem, *n.* 122. Adverte quod lis non eſt in Beneficialibus ante titulorum editionem, & hoc notat Gloſſator Pragmaticæ ſanctionis, ad titulum *De Pacificis poſſeſſoribus*, in verbo *Juris ſui exhibitionem*: Vaillant, *Ibidem*.

BOIRE.

Nemini licet aliquem cogere ad bibendum, juxta Capitulum 138. Caroli magni; *Sic in magnificentissimo convivio Darii Hydaspii seu Assueri pro re magnifica notatum est quod nemo cogebat bibere; Hester I. dixi super textum in cap. Crapula, de honestate & vita Clericorum extra. Et hoc ego in Germania cum essem trans Albim, inter milites Ducis Brusvicensis, in persona mea praticavi hanc constitutionem allegans eaque me deffendens.* C. M. sur le Stile du Parlement, part. 3. Titre 50 chap. 138.

BRETAGNE

Summi Pontifices post Britanniæ unionem ad Coronam Franciæ, Litteris Patentibus & Regum declaratione, certos menses ad conferendum Beneficia sibi reservaverunt; & hi menses sunt Januarius, Februarius, Aprilis, Maius, Julius, Augustus, Octóber & November; alii quatuor reservati sunt Ordinariis; *M. Loüet sur la Regle* de

infirmis resignantibus, *n.* 236. In Britannia servatur quod Papa possit in quolibet mense admittere resignationes; & eodem jure Collatores ordinarii idem possunt: sed in quatuor mensibus qui sunt Ordinariis reservati, Papa non potest prævenire Ordinarios; & Loüetius contrarium asserendo errat; *Vaillant*, Ibidem.

BULLE.

Bulla Papæ debet insinuari, sive sit gratiosa, sive sit rigorosa; *C. M: sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 263.

Suspecta est matrix Bullæ quandò album vacuum novâ recenti manu ibi repletur; *Ibidem*, n. 267.

Officialis Episcopi, executor Bullarum Papæ, potest eas exequi etiam vacante sede Episcopali, *Ibidem*, n. 271.

Clausulæ generales Bullæ non comprehendunt futuram vacationem; *Ibidem*, n. 299.

Clausulæ signaturæ possunt extendi & dilatari in Bullis quoad ea quæ sunt de stilo consueto & ordinario: in substan-

cari nisi resignans aut cedens in ipso actu resignationis protestatus fuerit, se dimittere beneficium ob incompatibilitatem cum alio quod retinet, & quod alias non esset dimissurus; quia eo casu si alterum beneficium evincatur sine facto suo, posset dimissum repetere: quia lex nemini insidiatur, & in hoc opinio Loüetii est aliquatenus restringenda: *Vaillant*, Ibidem, *n.* 196.

Clausula *aut alias quovismodo vacet Beneficium*, potest apponi in provisionibus seu collationibus Ordinariorum: *M. Loüet*, Ibidem, *n.* 200.

Sunt quædam beneficia quæ de jure & facto ipso jure beneficii inducunt vacationem, quædam per Sententiam declarativam; & in his resignatio valet si ante vel post accusationem, à fortiori pendente appellatione Sententiæ condemnationis: *le même*, Ibidem, *n.* 202.

In beneficiis obtinendis in Curiâ Romanâ, à die quo cursor advolavit Romam, gratia censetur admissa: *le même*, Ibidem, *n.* 211. Id statutum est ad vitandas præcipue nundinationes beneficiorum, quæ Romæ procul dubio fierent apud sollicitatores Curiæ; &

ideò hoc ſervandum eſt, & inter libertates regni enumeratur, art. 47. *Vaillant*, Ibidem, *n.* 211.

In beneficiis conſiſtorialibus &,aliis à Regia nominatione dependentibus,Rex noſter Chriſtianiſſimus eſt ſummus & ſupremus diſpenſator; hæc beneficia jure Coronæ confert, ratione ſui domanii in his ut in aliisCoronæ juribusſolum Deum authorem agnoſcit; ceſſant regulæ Cancellariæ, & nihil Romæ fieri poteſt in præjudicium hujuſmodi juris; alioquin annullaretur per modum, appellationis tanquam ab abuſu; hæc enim ſunt jura Regis, quæ Rex à Deo ſolo, ut & ipſam Coronam, habet: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 280.

Papa beneficiorum in Jure Patronatus laïci exiſtentium retentionem in proviſione Epiſpopatuum concedere poteſt, etiam contrahentibus Patronis, & eorum vacationem per Epiſcoporum conſecrationem impedit: *le même*, Ibidem; Hæc retentio non eſt nova proviſio, ſed juris antiqui conſervatio: *Vaillant*, Ibidem.

Revera mutatio ſtatus beneficiorum in regno non poteſt fieri ſine conſenſu Regis: ſed excipe de ſtatu regulari qui

potest immutari per præscriptionem legitimam 40. annorum : *le même*, Ibidem.

Regulis Cancellariæ Romanæ in Regno Franciæ receptis super beneficiis, Summus Pontifex derogare non potest; hæ enim regulæ, non ut leges Cancellariæ Romanæ, sed ut leges regni, Ecclesiasticorum utilitati bonoque publico Ecclesiæ introductæ servantur, hisque nominibus in Curia Parlamenti Parisiensis registratæ sunt : *M. Loüet*, Ibidem, *n.* 296. Vide articulum 43. Libertatum Ecclesiæ Gallicanæ : *Vaillant*, Ibidem.

Annus septimus sufficit ad possidenda beneficia simplicia ; *M. Loüet*, Ibidem, *n.* 227.

Retrocessio cessionis juris quod habetur in beneficio vel ad beneficium, in se non est vitiosa, sed non debet fieri ex modico temporis intervallo ; alioquin suspecta fieret ; & hoc vetatur Bulla Pii V. *Vaillant*, Ibid. *n.* 380.

Hodie in beneficiis uno ex litigantibus mortuo, ex Ordinatione Regia anni 1667. status adjudicatur superstiti, qui non importat nisi possessionem quamdam precariam quæ posteà facile potest impugnari à novo proviso per obitum.

obitum, qui succedit in totum jus defuncti, & Litteræ Regiæ sunt hodie inutiles quoad hoc, & sufficit suplicare apud judices, apud quos lis pendet; *Vaillant*, Ibidem, *n.* 416. 418. 419. & 422.

Nec Summus Pontifex, & à fortiori ejus Legatus, etiam à latere, non potest quempiam, & ex qualibet causa providere de Beneficio viventis juxta regulas 20. & 28. Cancellariæ Romanæ, in hoc regno receptas; *M. Loüet sur la Regle* de verissimili notitia, *n.* 2. *&* 3. Hæc corvina sollicitudo impetrantium Beneficia viventium, merito damnatur; *si vultur es, expecta cadaver:* Vaillant, *Ibidem.*

Regulæ *de impetrantibus Beneficia viventium, & de verissimili notitia*, locum habent in ordinario; quia hæc regulæ fundantur in jure naturali: sed adverte differentiã quæ fit inter Papam, Legatum, & Collatores Ordinarios; quoad Papam & Legatum non sufficit tempus verissimilis notitiæ; sed debet apparere per instrumentum authenticum de expeditione cursoris extraordinarii si data retenta fuerit ante tempus quo cursor ordinarius Romam potuit advolare, alioquin cum videret quis

Beneficiis alienis inhians, beneficiatum morbo læthali affectum, posset Romam mittere, & mandare ut singulis diebus data retineretur, & ubi mors eveniret post septem dies ab obitu procurare ut provisio expediretur, & eo modo fraus fieri in necem expectantium & collatorum Regni; sed quoad collatores ordinarios sufficit quod sit verissimile collatorem potuisse scire diem obitus: *Vaillant*, Ibidem, *n.* 5. & 6. Et in hoc concordat cum Loüetio, quin imò regula de verissimili notitia etiam locum habet in provisionibus quæ à Papa concederentur motu proprio: *M. Loüet*, Ibidem, *n.* 11.

Regula de verissimili notitia non pœnam impetranti imponit, sed tantum provisionis nullitatem inducit, maxime si impetrans probabilem notitiam mortis Beneficiati habuerit, veluti ex falso rumore mortis, secus si scienter viventis Beneficium impetravit, non ignorans Beneficiatum esse viventem, tunc enim in pœnam incurreret, & jure suo privaretur; *Le même*, Ibidem, *n.* 16. 17. 18. & 20. Ejusmodi detentores Beneficiorum sunt vere intrusi, & nullum jus in Beneficio possunt acquirere, *Vaillant*, Ibidem, *n.* 20.

Hodie in Beneficiis Papa nullas habet reservationes in Gallia, nisi in Patria obedientiæ; puta in Britannia & Provincia, vulgò *Provence*: M. Loüet, *Ibidem*, *n*. 67. & 68.

Clausula in Beneficiorum provisionibus Sedis Apostolicæ apposita, ***motus proprii***, quæ locum non habet nisi in patria obedientiæ, non inducit dispensationem defectus, qui à jure exigit dispensationem specialem; quia hæ dispensationes nunquam debent suppleri: ***Vaillant***, Ibidem, *n*. 113.

Hæc enim clausula extraordinaria & contra Juris communis dispositionem, non tollit deffectum natalium, aut ætatis, vitium corporis, maculam bigamiæ, & alia omnia impedimenta juris; hæc enim impedimenta specialem clausulam desiderant: *M. Louet*, Ibidem.

In beneficiis lis initium capit à titulorum communicatione seu exhibitione: *le même*, Ibidem, *n*. 122. Adverte quod lis non est in Beneficialibus ante titulorum editionem, & hoc notat Glossator Pragmaticæ sanctionis, ad titulum *De Pacificis possessoribus*, in verbo ***Juris sui exhibitionem***: Vaillant, ***Ibidem***.

infirmis resignantibus, *n.* 236. In Britannia servatur quod Papa possit in quolibet mense admittere resignationes; & eodem jure Collatores ordinarii idem possunt: sed in quatuor mensibus qui sunt Ordinariis reservati, Papa non potest prævenire Ordinarios; & Loüetius contrarium asserendo errat; *Vaillant*, Ibidem.

BULLE.

Bulla Papæ debet insinuari, sive sit gratiosa, sive sit rigorosa; *C. M. sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 263.

Suspecta est matrix Bullæ quandò album vacuum novâ recenti manu ibi repletur; *Ibidem*, n. 267.

Officialis Episcopi, executor Bullarum Papæ, potest eas exequi etiam vacante sede Episcopali, *Ibidem*, n. 271.

Clausulæ generales Bullæ non comprehendunt futuram vacationem; *Ibidem*, n. 299.

Clausulæ signaturæ possunt extendi & dilatari in Bullis quoad ea quæ sunt de stilo consueto & ordinario: in substan-

tialibus verò quid addere vel detrahere, crimen esset falsi; *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 179.

CANONS DE L'EGLISE.

SACRORUM Canonum Rex eſt protector & executor. Can. *Quoniam* 23. q. 4. & Can. *Principes ſæculi* 23. q. 5. *C. M. ſur le Stile du Parlement, part.* 3. *chap.* 46. *n.* 4.

Canones, nec ſextus liber Decretalium, nec Decretales vim ullam habent in hoc regno in præjudicium Juriſdictionis temporalis & jurium Regni; *C. M. ſur le Stile du Parlement, part.* 7. *q.* 8.

CANONICAT.

Creatio Canonicatus facta à Papa in aliqua Eccleſia Cathedrali ſub expectatione Præbendæ, non habet locum in Gallia, ſaltem per Concordata hujuſmodi creatio eſt limitata ad effectum obtinendi dignitatem duntaxat; *C. M. ſur le chap.* unique, *aux extravagantes communes*, De Officio Delegati.

Canonicatus ad effectum obtinendæ

dignitatis, inter Beneficia non enumerantur; *M. Louet & Vaillant*, *sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 13.

CAPACITE'.

Capacitas sufficit tempore collationis Beneficii; *C. M. sur le chap.* 29. De Præbendis.

Nota respectu Ecclesiarum Parochialium idoneitatem & tempus per copulam poni; unde non sat est quod intra tempus Juris præsentatus possit promoveri, sed debent etiam aliæ idoneitates concurrere; Dominicus de Ancharano, scilicet, vigesimum quintum annum inchoatum: cap. Licet, extra, de electione, *C. M. sur le chap.* 2. De Institutionibus in 6°.

Capacitas tempore Provisionis inspicitur, & quælibet incapacitas impedit Provisionem Beneficii; *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 397.

Ex parte illius cui confertur Beneficium capacitas, desideratur, aliàs titulus inutilis; & tandiù durat tituli nullitas quandiu incapacitas; *M. Loüet sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 32.

Imò si Provisus erat inhabilis tempore Provisionis, & posteà fiat habilis, Provisio non convalescit; & necesse est obtinere novam Provisionem. *Vaillant*, Ibidem.

Qui incapacitatem alterius allegat, eam probare debet; *M. Loüet sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 202.

Post obitum possessoris pacifici in Beneficio, non admittitur probatio, etiam per Litteras, & instrumenta, incapacitatis defuncti; Juris enim & de jure præsumptio repugnat, nec probationem in contrarium admittit; *le même*, Ibidem.

Ubi lis non est mota possessoris, non licet de ejus capacitate inquirere; *Vaillant sur la Regle* de annali possessore, *n.* 116.

CARDINAL.

En 1247. les Cardinaux furent honorez du Chapeau rouge par le Pape Innocent IV. & se dirent Princes & Cousins des Rois; *C. M. sur la Monarchie des François*, *n.* 113.

Cardinales non majorem dignitatem

habent quàm Episcopi, sed habent majus officium; *sur le Canon* 33. *caus.* 2. *q.* 7.

Per compacta inter Paulum III. Papam & Paulum IV. & Cardinales facta indultum est omnibus Cardinalibus, ut liberè de quibuscunque Beneficiis ad eorum dispositionem vacantibus, ratione quarumcumque dignitatum vel beneficiorũ quæ in titulum vel in commendam habent, disponerent absque ulla reservatione, vel præventione Papæ, vel Legatorum suorum, etiam à latere, ita ut etiam in eorum præjudicium Papa non posset derogare regulæ *de Infirmis resignantibus*; & hæc indulta non opus habent notificatione, & sunt favorabilia; sed non impediunt litteras expectativas, nec nominationes graduatorum, vel alia mandata; *C. M. sur la Regle* De Infirmis resignantibus, *n.* 163. 193. 197. 201. 203. & 212.

Papa non concurrit cum ordinariis Cardinalibus: *Ibidem*, n. 165.

Indulta Cardinalium non habent locum in Beneficiis spectantibus ad Cardinales jure devoluto; sed excludunt Papam, etiam in mensibus ei reservatis in Britannia & Patria Obedientiæ; *Ibidem*, n. 201.

Contra Indulta Cardinalium Legatus; etiam à latere, nihil potest; & esset locus appellationi ab abusu si quid faceret contra; *Ibidem*, n. 202.

Compactum inter Sedem Apostolicam & Cardinales factum, favorabile est; *Ibidem*, *n.* 210.

Cardinalis habens institutionem, non potest præveniri à Papa, etiam infra primum semestre patroni ecclesiastici non Cardinalis, nec etiam infrà secundùm semestre suæ devolutionis; *Ibidem*, n. 216.

Cardinalium Indultis non potest derogari; *M. Loüet sur la Regle* De Infirmis resignantibus, *n.* 165.

Cardinalium Indulta favore Summo amplectenda, ad jus primævum & antiquum reducuntur; *le même*, Ibidem. *n.* 181.

Indulta Cardinalium locum tantùm habent pro Beneficiis quæ sunt in nominatione, præsentatione, seu collatione Cardinalium ordinariorum collatorum; sed ad alia Beneficia quæ pleno jure non conferunt, non extenduntur; ideò si jure devoluto ad Cardinalem Episcopum, vel Archiepiscopum facta sit Beneficii vacantis devolutio,

eo casu non agitur de ejus commodo, sed de commodo solius Patroni ; *Vaillant*, Ibidem.

Indulta Cardinalium extensionem non recipiunt pro mensibus intra quos non possunt præveniri à Papa : *le même*, Ibidem, *n.* 217. Cardinalis collator debet intra semestre conferre ; quia ejus Indultum nihil aliud efficit nisi ut liberè possit conferre intra tempus legitimum : *Vaillant*, Ibidem.

Cardinalium indulta possunt communicari tertiæ personæ ex consensu Cardinalium, sed non invitis Cardinalibus : *M. Loüet sur la Regle* De Infirmis resignantibus, *n.* 219.

Cardinales aulici proprio munere, debent assidere principibus : *Vaillant*, Ibidem, *n.* 229.

Cardinalium Collegium habet indul-dultum proprium, quod familiares seu domesticos Cardinalium comprehendit : *M. Loüet*, Ibidem, n. 353.

CAUTION.

Mora solvendi ex parte reî principalis, seu obligati principaliter, nocet fidejussori quoad conservationem obli-

gationis ; ut duret re casu perempta, non quoad augmentum ; quia ob moram rei principalis non tenetur fidejussor ad accessiones, quæ veniunt officio judicis tantum, sive secundum naturam actionis, ut in contractibus bonæ fidei, sive præter naturam, ut in stricti juris contractibus, veniant, nisi fidejusserit in omnem causam, l. *Tantum Capuæ*, D. de eo quod certo loco, & l. *Quæro*, D. locati : *C. M. sur le Titre* De Regulis Juris. in 6°. *Reg.* 25.

CHANCELIER.

Hodiè Cancellarius Franciæ est adhuc Præses Jure speciali Magni Consilii ; *Vaillant sur la Regle* De Infirmis resignantibus, *n.* 404. Idem erat antiquitus : *M. Loüet*, Ibidem.

CHANOINE.

Canonicus Regularis potest præfici Ecclesiæ Parochiali, etiam Sæculari, & ita hodiè observatur : *C. M. sur le chap.* 5. *aux Decretal.* De Statu Monachorum.

Ego semper existimavi Capitula ad

Canonicorum novorum receptionem non compellenda, quandò aut corporis, aut animi vitia notoria sunt: *M. Loüet sur la Regle* De Infirmis resignantibus, *n.* 40.

In receptione novi Canonici spectanda est specialis consuetudo cujusque Ecclesiæ. *M. Loüet sur la Regle* De Infirmis resignantibus, *n.* 75.

CHAPITRE.

Capitulum sede Episcopali vacante non potest Beneficia ad Episcopi collationem spectantia, nec Ecclesias parochiales, conferre; *M. Loüet sur la Regle* De Infirmis resignantibus, *n.* 61.

Sede Episcopali vacante, Jurisdictio nomine Capituli exercetur; succedit enim Episcopo Capitulum in necessariis: *le même*, Ibidem. *n.* 271.. Sed est falsum quod dicit Loüetius Capitulum non posse Sede Episcopali vacante mutare Officiarios, & eligere novos; nam jus est commune in Francia quod Capitula se ligunt Officiarios, qui Sede vacante nomine Capituli Jurisdictionem exercerent; *Vaillant*, Ibidem.

CHAPELLENIE.

Capellania est Beneficium per se, & non de patrimonio temporali Episcopiæ: adde infra §. *66. sur le Stile du Parlement, part. 7. q. 56.*

CESSION DE BIENS.

Clerici non admittuntur ad cessionem bonorum; *C. M. sur le chap. 3. aux Decretal.* De fidejussoribus.

Cessio bonorum facta in fraudem creditorum non valet, l. finali, §. finali, D. Quod in fraudem credit; & ita me causam agente practicatum fuit: *C. M. sur le Titre* De Regulis Juris, in 6°. *Reg.* 41.

CLOCHES.

Religiosi mendicantes non debent habere plures campanas, sed una debet eis sufficere: *C. M. sur le Traité de M. de Selve*, De Beneficio, *q. 5. nomb.* 86.

COADJUTEUR.

COADJUTEUR.

Usus Coadjutorum in Episcopalibus nullo modo servatur nec admittitur in Regno Franciæ, nec etiam in terris quæ nuper fuerunt regni, & nunc sunt in manu Caroli V. Imperatoris, Comitis Flandriæ, ut anno 1531. Publico programmate declaravit Imperator, cujus copiam habeo: *C. M. sur le chap.* unique, de Clerico ægrotante *in 6°*.

COLLATION.

Collatio facta post primam, quæ non est ipso jure nulla, sed annullanda, antequam prima retractetur & annuletur, non valet; sed collatio, secunda, facta post primam ipso jure nullam, etiam nondum de facto revocatam, vel nullam declaratam, valet & efficax est; *C. M. sur la Coûtume de Paris, tit.* 1. des Fiefs, § 7. *Glos. unique, n.* 16.

Collatio facta per Ordinarium infra mensem datum expectativis si expectans non acceptavit, valet; *C. M. sur la Coûtume de Paris, tit.* 1. des Fiefs, § 55. *Glos.* 10. *n.* 29.

F

Collatio facta per Ordinarium de Beneficio tanquam devoluto, non valet, licet devolutio sequatur post collationem; quia eo tempore quo Ordinarius contulit, jus conferendi non habebat, *ibidem*.

Collatio nulla, ex post facto non convalescit, *ibidem*.

Si Prælatus conferat Beneficium patronale contempto patrono, & patronus taceat per tempus datum ad præsentandum, remanet collatio valida, & rata, sive Beneficium sit sub patronatu laïco, sive sub patronatu Ecclesiastico, *ibidem*, *n*. 30.

Collatio est in fructu, *C. M. sur la Coûtume de Paris*, *tit*. 1. des Fiefs, §. 55. *Glos*. 10. *n*. 3.

Rex Franciæ confert pleno jure Beneficia; *Non habentia administrationem Ordinis Ecclesiastici*; C. M. sur le Stile du Parlement, part. 4. chap. 8. *In quo Rex Franciæ plus est privilegiatus quam Imperator*, ibidem.

Collatio conditionalis, Beneficii non valet, nec Beneficii non vacantis, etiam incerti; *C. M. sur le Stile du Parlement*, *part*. 5, *q* 21.

Collatio Beneficii non vacantis, est

ipso jure nulla; *C. M. sur le Stile du Parlement, part. 7. q. 8.*

Solo verbo Collatoris jus in Beneficio quæritur; *C. M. Conseil 38. n. 8.*

Collatio spreto patrono laïco facta ab ordinario, non valet *ipso jure, non tamen absolute; sed si patroni infra tempus debitum præsentaverint alios, non propriè convalescit, sed rata manet collatio Ordinarii, etiam in præjudicium medio tempore à Papa, ut nove declaravi in reg. Cancel. de infirm. resign. n. 45. cum multis sequentibus*; C. M. sur le Canon 29. Caus. 16. q. 7.

Verus Collator non potest jus conferendi alteri cedere ut sibi conferatur Beneficium; *C. M. sur le chap. 7. aux Decretal.* de Institutionibus.

Collatio Beneficii facta absenti, pendente acceptatione nullus Collator, etiam Papa, conferre potest istud Beneficium, ut dixi in reg. Cancell. de Infirm. resign num. 57. & 68. quamvis contrarium dicat Guido Papa Conc. 8. *C. M. sur le chapitre* 77. de Præbendis in 6°.

Collator non potest sibi prorogare tempus conferendi infra residuum se-

meſtris, alias poſſet ſibi prorogare tempora, *ibidem*.

Collatio facta ab Epiſcopo & Capitulo, cujus Epiſcopus eſt ſimul Canonicus, prævalet etiam in caſu quod media pars Capituli diſſentiat; *C. M. ſur le chap.* unique ne ſede vacante aliquid innovetur in 6°.

Prima collatio Beneficii, nulla ipſo jure, non impedit ſecundam collationem; *C. M. ſur le chapitre* 4. *aux Extravagantes communes*, de Electione.

Secunda collatio Beneficii poteſt fieri ſub conditione naturali: *ſi ex prima collatione non eſt jus quæſitum*, ibidem.

Abſolutè verum eſt quod conſilium univerſale ſeu generale poſſit conferre Beneficia, quidquid alii dicant; *C. M. ſur le Traité de M. de Selve*, de Beneficio, 2. *p. q.* 2. in verbo conferre, *n.* 1.

Collatio facta tempore quo lis eſt in petitorio vel poſſeſſorio, dependet ab eventu litis; unde ſi is qui contulit, obtineat; valebit ejus collatio, præſentatio, ſeu nominatio, ſecus ſi cadat; *ibidem*, q. 7. part. 2. n. 5.

Collatio facta indigno vel criminoso, non valet, si hoc notorium est; *ibidem*, q. 18. n. 2.

Collatio facta per Episcopum non vocato patrono laïco, per lapsum tempo.is efficitur valida & valet ut ex nunc ex patientia, non ut ex tunc; Glossa c p penul. de suplend. neglig. Prælat. vel potiùs confirmatur, quia non erat ipso jure nulla, ut in quæst. Tholosi 107. *ibidem*, part. 3. q. 9. n. 4. & q. 10. n. 7.

Collatio facta in mensibus Graduatorum ab Ordinario Collatore alio quàm Graduato, non est nulla nisi Graduatus nominatus persequatur jus suum; *Ibidem*, q. 48. In principio.

Collatio Beneficii spectans ad Episcopum & Capitulum, non potest fieri ab Episcopo nisi consentiente Capitulo; *ibidem*, q. 56. In principio.

Collatio ordinarii de Beneficio à nominatione laïci pendente non est nulla, sed annullanda, patrono debite conquerente; sed eo negligente manet valida jure suo pristino; *C. M. sur la Regle* de Infirmis resignantibus, *n.* 60. *&* 61.

Episcopus post lapsum tempus pa-

troni laïci non confert jure devoluto, sed libero; tamen pendente tempore patroni laïci Episcopus non potest gravari litteris expectativis, *ibidem*, n. 64. 65 & 66.

Collatio jure devoluto non valet, nisi post tempus devolutionis, & ea causa expressa, *ibidem*, n. 67.

Episcopus non potest liberæ suæ collationi contravenire, *ibidem*, n. 69.

Frequens est in jure collationem valere, sed resolubiliter seu anullandam venire, *Ibidem*, n. 81.

Collatio Ordinariorum favorabilis est, *ibidem*, n. 103. & 341.

Conferentes jure devoluto tenentur eisdem personis conferre, *ibidem*, n. 220.

Collatarius, etiam ex causa permutationis, habet causam lucrativam, *ibidem*, n. 377.

Episcopi qui ad præsentationem Abbatum parochiales Ecclesias conferunt; possunt sede Abbatiali vacante pleno jure conferre; *M. Louet sur la Regle de infirmis resignantibus*, *n.* 61.

Quoad Beneficia quæ sunt in præsentatione Abbatum, verum est quod Episcopus possit ea libere conferre: sed quoad

collationem non idem ubique observatur; quia in Senatu Parisiensi ob authoritates ab authore laudatas inducitur quod Episcopi possunt conferre libere, sede Abbatiali vacante, beneficia quæ pendent à collatione Abbatum: sed idem jus non servatur in magno Regis Consilio, ubi contrarium judicatur quod non fit devolutio eo casu ad Episcopum, sed ad Papam; *Vaillant*, ibidem.

Collatio facta spreto patrono laïco, est in pendenti, donec patronus eam approbet vel rejiciat; si enim consentiat ex post facto, collationis effectus retrotrahitur; si dissentiat, rejicitur & anullatur collatio; *M. Loüet sur la Regle* de Infirmis resignantibus, *n.* 62.

Collatio Archiepiscopi de Beneficiis in Suffraganeorum Diœcesibus situatis facta intra tempus devolutionis ad Episcopum ordinarium, nulla est, sive Beneficia sint in patronatu Ecclesiastico, aut Laïcorum; *le même*, ibidem, *n.* 68.

Collatio facta absenti, ante acceptationem jus tantum tribuit ad Beneficium, non in Beneficio; & res desinit esse integra; *le même*, ibidem, *n.* 72.

Collatio facta absenti, est in pen-

denti donec acceptata fuerit à præsentato; *le même*, ibidem, *n.* 83.

Collatio facta alteri, quam Graduato in mensibus eis affectis, valet quidem, sed sub conditione si Graduatus non conqueratur, eodem modò quo collatio facta ab Episcopo diœcesano loci in quo situm est Beneficium ad nominationem patroni laïci spectans, valet, patrono non conquerente, *le même*, ibidem.

Papa confert in Britannia revera ut ordinarius, non in vim Regulæ Cancellariæ, sed in vim Edicti Regii anni 1549. *Vaillant*, ibidem, *n.* 86.

Quamvis Collatores ordinarii possint aliquando conferre consanguineis aut benemeritis cedentis, tamen id fieri debet sine ullo pacto, & res debet referri totaliter arbitrio Collatoris, alioquin illicita conventio titulum inficit; *le même*, ibidem, *n.* 90

Collatio facta à furioso, metu, per simoniam, per falsum Procuratorem, vel Vicarium legitimè revocatum, nulla est ipso jure, & licet Ordinariis in hujusmodi vacationibus Beneficia conferre ipso jure; *M. Loüet sur la Regle de Infirmis resignantibus*, *n.* 93.

Ordinariorum collatorum jura in re-

gno

gno inter Ecclesiæ Gallicanæ libertates annumerantur, sunt juris publici, & in iis privatorum pactiones non admittuntur, & si quid contra fieret, etiam in Curia Romana, tanquam ab abusu provocare liceret; quod solet facere Procurator Generalis, & amplectitur causas Collatorum ordinariorum, *le même*, ibidem, *n.* 95. Hoc verum si Collatores jure suo uterentur ad conferenda Beneficia personis idoneis; sed sæpè sanguinis affectio prævalet; & inde hodie sæpius Collatorum jus spernitur: *Vaillant*, ibidem.

Collatio potest fieri extra Diœcesim, & per Vicarium; *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 182.

Episcopus resignans suum Episcopatum sub pensione annua, aut sine pensione, vel alius Collator, potest reservare specialiter collationes Beneficiorum à suo Episfpopatu, vel ab altero Beneficio resignato dependentium, & eas à titulo Beneficii resignati separare; *le même*, ibidem, *n.* 213. Revera hæ collationum reservationes non bene conveniunt cum antiquis Canonibus; sed quæ jure singulari aliquando, & certis de causis possunt fieri, non omnino de

Quidquid Loüetius hic, conventio facta inter resignantem cum retentione pensionis, & resignatarium, quod pensionarius conferret certis mensibus anni, & resignatarius aliis mensibus, non valeret, & non servaretur; nam collatio Beneficiorum cum non sit in fructu utili, sed tantum in fructu honorifico, non potest scindi; & hæc partitio nunquam potest fieri ad modum cæterorum fructuum, sed ubi reservata est collatio Beneficiorum jure singulari, tunc remanet propter reliquias pristinæ dignitatis: *Vaillant*, ibidem, *n.* 323.

Quando Beneficium vacat ipso facto & ipso jure, propter crimen titularii, ordinarius collator potest illud conferre. *M. Loüet*, Ibidem, *n.* 374. Validè quidem conferet ordinarius post crimen commissum, tamen provisus debet expectare condemnationem quæ declarat crimen, ut possit fructus percipere: *Vaillant*, Ibidem.

Ordinariorum collatorum potestas magna est in Beneficiis & in Ecclesia, idque retinuerunt ordinarii ex primitiva Ecclesia; *M. Loüet sur la Regle* de Publicandis resignationibus.

Interest Collatoris uti jure suo, quo-

ties vacatio Beneficii inducitur jure aut facto hominis : *Vaillant*, ibid. *n* 192.

Ordinarii possunt etiam conferre beneficia quæ vacant per incapacitatem possessoris aut alias; quia ubi vacatio inducitur, eam potest replere Collator ordinarius ; & ideò cautè Collatores ordinarii clausulam *aut alias quovismodo vacet Beneficium*, provisionibus suis inserunt : *Vaillant*, Ibidem, *n*. 200.

Ordinarii Collatores conferendo per obitum ejus qui remansit in pacifica Beneficii possessione, non inquirunt capacitates vel qualitates defuncti, & possunt per obitum conferre, & vacat Beneficium per obitum, non per defuncti incapacitatem ; alioquin quotidiè propriis collationibus privarentur ordinarii : *M. Loüet*, Ibidem, *n*. 202. Expectantes etiam, ut sunt nominati à Curia Parisiensi, Graduati, nominati à Rege ob jucundum adventum, vel fidem præstitam ab Episcopo frustrarentur sæpius si liceret inquirere de capacitate deffunct : sufficit provisio per obitum, solam detentionem Beneficii probare, cum reputatione veri titularii : *Vaillant*, ibidem.

Hodiè indubitati juris est quod pa-

trono non utente jure suo, aut mortuo, Episcopus potest conferre pro hac vice; quia sublatum est impedimentum: *Vaillant*, ibidem, *n.* 307.

Notent Ordinarii Collatores Ecclesiastici conferendum Beneficium capaci; si enim indigno contulerint, non possunt denuo conferre, jure collationis pro eâ vice privantur; & fit devolutio ad Superiorem immediatum: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 330. & 331.

Quando collationes ad duos collatores pertinent, quilibet est collator, & cuilibet collatori honor deferendus est: *le même*, ibidem, *n.* 445.

Defuncto patrono, vel Ecclesia jus patronatus habente, vacante, Episcopus Ordinarius pleno jure conferre potest, nec expectandus est novi patroni adventus; *le même sur la Regle* de verissimili notitia, *n.* 81.

Collator Beneficii non tenetur de evictione Beneficii quod contulit, nec aliud conferre & qui evictus est, sicut in prophanis rei donatæ evictio donantem non obligat; secus tamen in Graduatis nominatis, aut aliis expectantibus, qui in vim nominationum debent habere Beneficium cum effectu, ita ut Collator

evictione non liberetur, sed aliud Beneficium primò vacans hujusmodi expectanti conferre teneatur : *le même*, ibidem, *n*. 94. Hæc ultima decisio vera, si nominatus requirat; nota transeundo quod donator tenetur de evictione rei donatæ, si donatiò habeat aliquod onus implicitum; puta si facta sit, etiam ab extraneo, contemplatione matrimonii : *Vaillant*, Ibidem.

COMMANDE.

Commenda est titulus Canonicus; *Verum est secundum quod dixi in annotationibus ad Alexandrum, Cons.* 96. *n*. 2. *lib*. 4. *tamen non est titulus Canonicus mero jure, sed dispensative; ideò dici potest quod non habetur pro titulo Canonico respectu Juris Regaliæ, quod est antiquius jure Canonico, nec illi per dispensationes, fictiones, aut alias novæ adinventiones Romanorum Pontificum derogari potest, ut nove dixi in Consuetudine Parisiensi*, §. 27. *ad finem, & super regulas Cancellariæ* 18. *de infirmis resignantibus* : C. M. sur le Stile du Parlement, part. 5 q 20.

Beneficium datum in commendam vacat per assumptionem Episcopi ad Cardina-

lis dignitatem; *hoc est verum de temporali, sed non de perpetua commenda:* C. M. sur le Stile du Parlement, part. 5. q. 21.

Aliud Arrestum declarativum jurium Regiorum in materia commendatum fuit datum in Parlamento. anno Domini 1479. pro Magistro Petro *de Cerisay*, in dicto Parlamento Regis Consiliario, contra dominum Cardinalem Destotavilla, ratione Archidiaconatus de Constantino, in Ecclesia Constantiensi; *die 21. Julii, nonobstante quod dictus Cardinalis ex collatione & dispensatione Papa possedisset pacifice à 15. vel 16. annis: adde aliud infra q. 150. q. 168. & 881. multo plura habeo Arresta in regestis meis, sed nolo librum hunc nimis dilatare*: ibidem, *q.* 20.

Commenda non est aliud quam titulus dispensatorius, ut nove dixi in regul Cancell. depublic. resign. *C. M. sur le ch.* 32. *aux Decretal.* de Sentent. Excommunic.

Commenda temporalis non imputatur vitæ successoris; sed commenda furiosi, imputatur ejus vitæ: *C. M. sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 248.

Hodie commenda est collatio dispen-

ſatoria, nec aliter differt à titulo, quamvis ſecundum proprium, & primitivum Eccleſiæ uſum eſſet tantummodo depoſitum : *C. M. ſur la Regle* de infirmis reſignantibus, *n.* 297. 298. 302. 304. *&* 305.

Beneficium commendatum poteſt permutari cum titulato, vel commendato, etiam per viam Ordinarii, *Ibid.* n. 303.

Commendatarii beneficiarii poſſunt omnia quæ titularii poſſunt : *ibid.* n. 305.

Commenda poteſt reſignari in manus Ordinarii : *ibidem*, n. 306.

Si Beneficium regulare teneatur per ſæculares in commendam, nunquam fit ſæculare, etiam per quingentos annos : *ibidem*, *n.* 440.

Beneficium in commendam poſſeſſum, eſt verus titulus Beneficii, & iiſdem juribus & prærogativis gaudent ac cætera Beneficia : *M. Loüet ſur la Regle* de infirmis reſignantibus, *n.* 247.

Hodiè commendæ Beneficiorum regularium inter titulos Beneficiorum annumerantur, & commedatarii ſpiritualium & temporalium habent legitimam adminiſtrationem, ut alii Eccleſiaſtici, & quæ privilegia titulis Beneficiorum conceduntur, commendatariis competunt; poſſeſſorio & petitorio judicio

convenire & conveniri possunt; & in effectu commenda verus est titulus, & pro vero titulo habetur, quia perpetua est: non autem in omnibus & per omnia titulis adæquantur commendæ, solo Pontifici Summo, non aliis Collatoribus competunt, *le même*, Ibidem, *n.* 306. Hodiè plerique Collatores eodem indulto gaudent, & non solum de commenda in commendam, sed de titulo in commendam conferunt: *Vaillant*, Ibid.

Nemo potest obtinere Officia Claustralia in commendam, nec unquam licuit in magno Consilio, & Loüetius in hoc fallitur, quando dicit quod hoc permittitur jurisprudentia magni Consilii, nec enim citat Arrestum: *le même*, ibidem, *n.* 307.

Morte Commendatarii finitur commenda, & Beneficium quod erat in commendam, repetit primam naturam, & primâ qualitatem *M. Loüet*, ibid. *n.* 307.

Solet Papa adjicere Decretum de revertendo in titulum: *Vaillant*, Ibid.

Cum hodie commendæ sæculares ad instar titulorum metiantur, Summus Pontifex potest compelli ad concedendum Beneficium regulare in commendam, quod antea ex dispensa-

tione Papæ in commendam concessum fuerat; ita ut ab ejus denegatione tanquam ab abusu posset appellari : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 425. Intellige si Beficia sint commendari solita, & vacent per obitum aut cessionem ultimi possessoris pacifici commendatarii; alioquin si ageretur de novâ gratiâ faciendâ, & de novâ commendâ, Papa non teneretur conferre : *Vaillant*, ibidem.

Commendæ inter titulos annumerantur, & earum resignationes Romæ denegari non possunt : *M. Louet*, ibidem, *n.* 426.

Hodiè plerique Collatores regni Indultum habent conferendi, non solum de commenda in commendam, sed de titulo in commendam, ut princeps Vindocini, Abbas sancti Victoris Massiliensis, princeps Philippus à Sabaudia, Abbas sancti Petri de Corbeia, & sancti Medardi Suessionensis, & plerique alii : olim hoc indultum vix conferebatur Cardinalibus, de titulo in commendam : *Vaillant*, ibidem, *n.* 432. & 434.

In Provisionibus & Dispensationibus Apostolicis, quæ non ad partium supplicationem, sed motu proprio, conceduntur, Beneficiorum expressio non

desideratur, nec subreptionis morbo laborant: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 436. Hæ Provisiones motu proprio locum non habent in Galliâ, nisi in Britanniâ; quia Papa ibi confert tanquam Ordinarius: sed in aliis Provinciis semper exprimenda sunt Beneficia, alioquin provisio esset subrepitia: *Vaillant*, ibidem, *n.* 436.

Clausula, *motu proprio*, in Beneficiis, apposita in provisione Curiæ Romanæ dispensationem Beneficiorum incompatibilium non inducit, sed gratiam à subreptionis vitio & maculâ eximit; nunquam enim ad Beneficia incompatibilia dispensatio præsumitur; nam dispensatio debet specialiter exprimi de eo propter quod dispensatio concessa est; eadem hæc clausula *motu proprio*, Clericum capacem & idoneum ad obtinendum Beneficium motu proprio Summi Pontificis collatum reddit in iis quæ sunt Juris communis & Ordinarii, & quæ de stilo Cancellariæ Apostolicæ solent concedi: sed qualitatum ex fundationis, & statuti lege requisitarum effectum minimè supplet; ideò si Sacerdotalis qualitas, aut generis nobilitas, aut familiæ consanguinitas

desideretur, nulla provisio, imò periculosa, vel potius abusiva esset in iis Summi Pontificis dispensatio: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 437.

Hodiè Commendatarii, quoad jura honorifica, æquiparantur titulariis; *Vaillant*, *sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 297.

Regula de Triennali possessore habet locum in commendis, *M. Loüet*, ibidem.

Cùm commendæ Beneficiorum regularium non in perpetuum, sed tantùm ad vitam obtinentium concedantur, morte pereunt; & ideò Beneficia vacant per obitum in titulum; Beneficia enim regularia primam naturam regularem repetunt, nec poterunt ab Ordinariis conferri in commendam similem, sed tantùm in titulum conferre; alias nulla esset collatio; nec enim eo casu possunt commendare Ordinarii, sed tantùm conferre in titulum: Summus autem Pontifex ob plenitudinem potestatis solet iis Beneficiis regularibus commendatis, per obitum vel resignationem, vacantibus in similem commendam providere; & sic vulgò dicitur de commendâ in similem.

commendam; vix autem Romæ de titulo in commendam fæcularem obtinetur commenda Beneficii regularis ; *le même* , ibidem, *n.* 302. Hodiè novæ commendæ vix conceduntur, sed præcedentes Summi Pontifices plerasque concesserunt cum Decreto revertendi in titulum, & cum onere reparationis aut restaurationis ædificiorum : *Vaillant* , ibidem.

Notandum obiter Romæ devoluto jure regularia Beneficia non obtineri à fæcularibus super Religiosos : *M. Loüet* ibidem.

Beneficia in commenda possunt vacare in partibus per obitum, ut in Curiâ Romanâ : *le même*, ibidem, *n.* 306. Hinc invaluit stilus quo Romæ utuntur in provisionibus commendæ , semper exprimitur Beneficium vacans *eo quod ante commendam vacabat* , *modo* ; quia existimant quod morte commendatarii non inducatur vera vacatio in Beneficio ; sed hoc moribus Galliæ non convenit : *Vaillant*, Ibidem.

Annus decimus sextus requiritur ad possidendam commendam, seu Beneficium concessum in commendam, ac si Beneficium adhuc esset regulare , &

possessum à Monacho seu Religioso : *M. Loüet*, Ibidem *n.* 327. Nota tamen quod contrarium practicatur in Senatu Parisiensi, in quo inducitur sufficere 14. annum ad obtinendum Prioratum regularem in commendam ; & in magno Consilio Regis sufficit esse Clericum, licet septennem ; quia ex quo Papa dispensavit per commendæ provisionem super statu regulare, non debet amplius attendi conditio ejusdem status, quem Papa non requirit ; in quo vide quanta sit alea litigantium, cùm in uno tribunali eadem persona vincat, quæ in alio vinceretur : *Vaillant*, ibidem. Nunquàm judicatum est in magno Regis Consilio, quidquid dicat Loüetius, Officium Claustrale posse obtineri in commendam : *Vaillant*, Ibidem, *n.* 439.

Semper Romæ 40. annorum spatium requiritur ad immutandum statum Beneficii, & ideò ubi commendæ provisio obtinetur, exprimitur quod Beneficium à 40. annis, & ampliùs, sic obtineri consuevit : *le même*, ibidem.

COMMANDERIE.

Commendariæ *de l'Ordre de S. Jean de Jerusalem* non ſunt Beneficia, nec poſſunt conferri per Papam, vel Legatum; nec cadunt in mandatis, & aliis regaliis Beneficiorum; & loquor de Commendariis dictorum hoſpitalium & militum; nec in eis habet locum Clementina, quia Regulares de ſupplend. neglig. prælat. nec devolvitur, & non diu obtinui in cauſa gravi: *C. M. ſur le Stile du Parlement, q.* 249. Et ſur le chap. unique, aux Clementines, *de ſuplenda negligentia prælatorum.* Beneficia poſſunt dari à Papa in perpetuam commendam, & tunc ſunt veri tituli Beneficiorum, ſed tituli diſpenſatorii, ut dixi in regul. Cancel. reg. de public. q. 15. n. 227. cum ſequentibus: *ſur le Canon* 5. *cauſ.* 21. *q.* 1.

Antiquiores Ordinis ſancti Joannis Hieroſolimitani Religioſi ſuo antiquitatis Ordine Commendas adipiſcuntur; *M. Loüet ſur la Regle* de infirmis reſignantibus, *n.* 313. Hæ Commendæ non ſunt veri tituli Beneficiorum, qui poſſunt revocari à magno Magiſtro: *Vaillant*, ibidem.

Quamvis Commendæ Fratrum Ordinis sancti Joannis Hyerosolimitani non sint tituli Beneficiorum, nec vera Beneficia, tamen ad decimarum solutionem in hoc Regno tenetur : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 311.

Commendatarii tertiam partem fructuum Beneficiorum in Commendam obtentorum, in reparationibus & commodis Beneficii, impendere tenentur : *le même*, ibidem, *n.* 69. Hoc notandum quod Commendatarii non tenentur plus impendere in reparationibus Beneficiorum quàm titularii : aliquando tamen nova commenda non conceditur nisi sub onere impendendi certam summam annuam in refectionibus, aut reparationibus ædificiorum; de quo cautionem tenentur præstare coram loci ordinario : *Vaillant*, ibidem.

COMMITTIMUS.

Quod si aliquis velit aliquam causam in Curia inferiori introducere ex præcepto Regis coram aliquo judice cui cognitio non pertinebat, nec pertineat jure ordinario, oportet quod littera prædicta portet *Committimus* : *C. M. Supra*

Supra, *part.* 2. *cap.* 2. §. 7. sur le Stile du Parlement, part. 2. chap. 3. n. 5.

COMPROMIS.

Jure Canonico potest compromitti in judicem ordinarium; secus Jure Civili; Henricus Brich. hic; Barthol. l. sed si in servum, D. de arbitris: *sur le chap.* 5. *aux Decretal.* de arbitris. Sed in hoc jus Canonicum observatur, & bene: *sur le chap.* 14. *aux Decretal.* de præsumpt.

Qui non potest alienare, non potest compromittere; Joann. Andr. Anthon. Bulr. Panorm. hic. Cardin. Cons. 75. col. penult. Philippus Decius Cons 39. num. 4. ubi tetigi, & late Domi. Andr. Tiraquell. de leg. connub. gloss. 3. q. 19. *sur le chap.* 5. *aux Decretal.* ibidem.

De rebus Ecclesiasticis bene potest compromitti in laïcum; Hostiens. Joan. Andr. cap. fin. de rerum permut. Roman. Cons 250 Petrus Anchar. Cons. 23. & 91. Alexand. in l. quoties, Cod. de Judic. Cons. 3. col. 2. lib. 3. & est communis; Philip. Decius, cap. 2. col.

Hi

2. de Judic. Hieron. Gratus Conf. 87. num. 10. lib. 2. *C. M. sur le chap. 8. aux Decretal.* ibidem.

Standum est Sententiæ datæ ex compromisso, id est Sententiæ arbitrariæ, nisi sit in ea evidens seu notoria iniquitas; Panorm. hic, & cap. 2. extra, de arbitris: Lanfranc. de Oriano, tract. de Arbit. col. 1. cum seq. Vide Alexand. Conf. 139. lib. 7. Philip. Decius Conf. 2. num. 6. ubi in Annot. dixi: *C. M. sur le chap. 11. aux Decretal.* ibidem.

Si criminaliter agatur, potest compromitti in arbitros: *sur le chap. 14. aux Decretal.* de præsumpt.

Compromissum factum à Collegio, ubi sunt decem, ex quibus quinque vel septem postea mortui sunt, tenet & non extinguitur: quia unum & eidem Collegium remanet & censetur, etiam aliis subrogatis l. *Proponebatur*, D. de judiciis, & ita notat Barthol. in l. *quod in rerum*, §. *si nomen*, D. de delegat. 1. Petrus Anchar. Jubarr. hic, q. 6. decis. Tholos. 35. *C. M. sur le chap. 4. aux Clementines*, de Procuratoribus.

COMPLAINTE.

Interdicta possessoria sunt annalia, & eorum cognitio pertinet ad Judices Regios; Regiæ enim authoritatis est possessores tueri; Rex quippe est in regno suo possessionum dominus quoad protectionem, sed interdicta possessoria post annum intentari non possunt: qui ergo Beneficium cum titulo per annum possedit, in possessione non debet inquietari ab eo qui anni spatio interdicto experiri neglexit: sed coram judice Ecclesiastico petitorio agere poterit: *M. Loüet sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 160. Hoc hodie non observatur, quia ubi possessorium coram judicibus regiis judicatum est, non licet super petitorio apud judices Ecclesiasticos agere: *Vaillant*, ibidem.

CONCILE.

Laïci Conciliis interesse possunt, & sic communi laïcorum decreto omnia definiri debent, & de doctis laïcis intelligitur: *sur le Canon* 4. *distinct.* 96. Concilia habent authoritatem, imme-

diate à Deo, & non ab Ecclesia Romana, & multo minus à Papa, qui subest Ecclesiæ & Concilio generali, à quo judicari & deponi potest, ut sæpe factum fuit ; & antiquitus ipse quoque Papa dicebat Ecclesiæ ut judici, tanquam subditus illi mandato Christi, *si peccaverit in te*, Mathæi 18. Lucæ 17. textus in Can. præcipue 11. q. 3. cap. frequens, Concilii generalis Constantiensis : & ità fixe tenent Joannes Gerson in tractactu de potestate Ecclesiæ, Jacobus Alemain. in tract. de authoritate Ecclesiæ ; cæterique Theologi, & tota Ecclesia Gallicana & Germanica, ita etiam tenet Panorm. qui inter fuit Concilio Basilensi, in 2. dubio : ubi hunc textum impropriare nititur, ut ab errore servet : *C. M. sur le chap.* 4. *aux Decretal.* de electione.

Verum Concilium generale est supra Papam, & Cardinales : *C. M. sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 360.

Concilium Tridentinum nec publicatum, nec quoad politiam Ecclesiasticam nisi in quantum Blesensi Regiæ constitutione probatum fuit, non est receptum : *M. Louet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 310.

CONDITION.

In contractibus bonæ fidei temporis impossibilitas non vitiat contractum, sed bene impossibilis conditio, l. *Insulam*, §. 1. D. locati, & l. *non solum*, D. de condit. & ibi Baldus, *sur le Titre* de Regulis Juris, in 6°. Reg. 6.

Conditiones in Regiis provisionibus appositæ, servandæ sunt : *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 424.

CONCORDAT.

Concordatorum jura non tantum in regno sed Romæ ad unguem observanda sunt : ab eorum derogatione ad summa Franciæ tribunalia tanquam ab abusu ergo appellari potest : *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 4.

Concordatorum Constitutiones per Pragmaticam Sanctionem non debemus interpretari & intelligere ; sunt enim jura omnino diversa : *le même*, ibidem, *n.* 276.

CONFESSION.

Confessio seu declaratio facta coram judice non competente, non valet; sed si sponte facta fuisset, valeret ut extrajudicialis; Imola, Panorm. hic, & est communis: Decius hic, num. 17. Idem Zolon. l. servus, de jurejur. Francisc. Ripa l. 1. §. Si quis ita, num. 20. de verb. oblig.] incola. Boer. decis. Burdeg. 90. *C. M. sur le chap.* 4. *aux Decretal.* de judiciis.

CORPS MORTS.

Factum committens de garder les corps morts des Beneficiers, cachez & non declarez, *privandus est Beneficio vacante per obitum, vel ita* que la garde, *& mora dilata faceret valere provisionem quæ alias non valeret: Secus si nihilominus valeret*: C. M. sur l'Ordonnance de 1539. art. 56.

Non minus incidit in pœnam erga celantes cadavera, qui per alium celavit, quam si ipse celasset: *M. Loüet sur la Regle* de Verissimili notitia, *n.* 25.

Nova Regis Constitutione anni 1657. in magno Regis Consilio registrata anno 1661. Statuitur forma Inquisitionis quam Episcopi, aut Collatores ordinarii possunt facere in casu superioris celati cadaveris : *Vaillant sur la Regle* de Verissimili notitia, *n.* 25.

CONSENTEMENT.

Vocatus ad consentiendum vel dissentiendum, & qui tacet, consentire videtur ; Dynus, Philip. Franc. h'c ; Felin. cap. *Cum omnes*, column. 6. & & ibi Alexand. num. 86. de Constit. Anthon. Rubeus, repetit. §. *Morte*, num. 332. in l. *non solum*, D. de novi operis nunciatione ; vide Alexandrum Conf. 84. lib. 7. ubi duxi : *C. M. sur le Titre* de Regulis Juris, in 6. reg. 43.

CONTRACT PIGNORATIF.

Sunt vulgo quatuor notæ contractus pignoratitii ; 1°. Pactum de redimendo, 2°. Limitatio pacti post tempus, & usque ad tempus, 3°. Quod minore pretio redimatur, 4°. Fructibus eo casu

imputatis; tum sola libertas sese liberandi oblata, inducit usuram, ut plene dixi in tract. de Usuris, num. 35. *C. M. sur le chap. 4. aux Decretal.* de Pignoribus.

Actio pignoratitia est in rem scripta, & ita observatur in Gallia, & bene, omisso intuitu: *sur le chap. 6. aux Decretal.* de Pignoribus.

CONTUMACE.

Quando fructus Beneficii sequestrantur à judice Ecclesiastico ob contumaciam possessoris seu titularii, hæc sequestratio fieri potest; quia non poterat fieri missio; Baldus, Panorm. Felin. hic; Cardin. Clement. unica de sequestrat. possess. & fruct. column. 8. q. 21. Amplia ut hoc possit etiam in Regno Franciæ per Ordinarium Ecclesiasticum cognoscentem de petitorio, nec possit tanquam ab abusu appellari ad Senatum Regium; quia hujusmodi sequestratio non fit ratione possessionis, sed ratione contumaciæ, quam etiam judex Ecclesiasticus potest hoc modo punire, licet vulgo Pragmatici contra putent: Sic potest Episcopus Ecclesiæ

vacanti

vacanti custodem vel œconomium apponere cap. Cum nos, de offic. ordin. cap. Cum venissent, de Instit. ubi dixi : *C. M. sur le chap.* 25. *des Decretal.* de Rescriptis.

CONVENTION.

Pacta servantur secundum eorumvim ut in l. Juris gentium, §. Prætor ait, D de pactis : *C. M. sur le chap.* 1. *aux Decretal.* de pactis.

In conventionibus fraudis non tam quod agitur quam quod simulatè concipitur, consideratur : *M. Loüet sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 164.

Accessoriæ conventiones corruunt si subjectum principale cui adjectæ sunt, non valet ; accessorium enim ex se non subsistit, & sine suo subjecto evanescit, *le même*, ibidem.

CORDELIERS.

Nunc Minoritæ litigant, etiam in judicio, prout adhuc hodie in Gallia etiam coram judicibus sæcularibus, etiam in judiciis possessoriis ; & adhuc quisquis

cum talibus litigat, sive vincat, sive vincatur, nunquam indemnis abit, ut experientia docet : *C. M. sur le chap.* 3, *aux Extravagantes*, de verbor. significat.

CURE'.

Hæredes Parochi defuncti, collectis fructibus immaturis, dubitantes de morte Parochi, tenentur restituere Parocho successori pretium fructuum : fructus autem censentur maturi, attento tempore quo communiter magis expedit fructus colligere ad usum & commoditatem hominum, quorum gratia fructus omnes à natura comparantur ; sed non attenditur ipsa maturitas præcise naturalis : *C. M. sur la Coûtume de Paris*, tit. 1. des Fiefs, §. 1. *glos.* 8. *n.* 35. & 36.

Dico si Beneficium est originaliter Curatum, ut quandò Prior habens Vicarium perpetuum, potest primarius Pastor, vel debet, aliquot festis curam exercere : *C. M. sur le chap.* 6. de Præbendis in 6°.

CURE.

In Ecclesiis parochialibus intra civitatem muratam sitis non sufficit tempus studii sine gradu; oportet ut gradus accedat tempori studii, saltem Magistri in artibus: *C. M. sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 280.

Non video, quidquid dicat dominus Loüetius, cur Beneficium Curatum non possit conferri, cum domini temporales possint conferre talia Beneficia: *Vaillant sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 420.

Parochiales Ecclesiæ Juri Regaliorum non subjiciuntur: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 420. Revera huc usque practicatur; *Vaillant*, ibidem.

CRAINTE.

Nisi probetur opressio, dignitas adversarii non sufficit ad metum probandum; credo tamen quod imperium potentis, qui alias consuevit tyrannicè & opressivè tractare eos qui precibus vel præceptis suis non obediunt, induceret justum metum; Joan. Andr. hic, *C. M. sur le ch.* 7. *aux Decretal.* Qui Clerici.

COUTUME.

Si Consuetudo publica authoritate in scriptis redigitur, & authoratur ne dubitetur, & alia approbatione opus sit, nihilominus consuetudo est, & dicitur, ut dixi in Consuetud. Paris. in proemio. *C. M. sur le Canon 5. distinct.* 1.

DATE.

IN Cancellaria Apostolica quotidie data extenditur; & sic non servatur quod dicit Loüetius, post annum aut post semestre nullam datam extendi in provisionibus Beneficiorum à sede Romana concessorum: *Vaillant sur la Regle* de Publicandis resignationibus, *n.* 2.

Aliquando fit fraus à Bancariis & Cancellariæ Apostolicæ ministris in datis, multiplicando datas: *M. Loüet sur la Regle* de Publicaudis resignationibus, *n.* 5. Hodie per Edictum Regium anni 1644. obviam itur hujusmodi fraudibus: quia Bancarii tenentur in registris suis mentionem facere de mandato ad resignandum, ejus datæ, & coram quibus Notariis confectum fuit; & ubi semel data in vim mandati retenta fuit, non licet iterum aliam retinere; & solet etiam in Provisionibus super resignationem hæc clausula adjici, *modo anteà data capta & consensus extortus*

non fuerit; alioquin gratia fit ipso jure nulla : *Vaillant*, ibidem.

Datæ captæ apud datarium Curiæ Romanæ sex mensium, spatio resignanti & resignatario prosunt ; & ideò si resignans decedat, extenditur data, & signaturæ Provisio expeditur : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 5.

Non attenditur data missionis gratiæ seu suplicationis ad registrum, sed tantum data diei quo gratia concessa est : *Vaillant*, ibidem, *n.* 270.

DETTE.

Debitum contractum à Beneficiario personaliter, non transit in ejus successorem; secus si nomine dignitatis, videlicet comitatus : *C. M. sur le chap.* 36. *aux Decretal.* de Rescriptis.

Successor Beneficii tenetur de debitis quæ in necessitate Prædecessoris contracta fuerunt à Prædecessore : *C. M. sur le chap.* 3. *aux Decretal.* de Pignoribus.

Beneficiati solvant æs alienum, alioquin eorum creditores apprehendant fructus Beneficii, reservata tertiâ parte fructuum Benficiato debitori ad viven-

dum; vende oleum tuum, inquit Propheta, & da creditori tuo: *M. Loüet sur la Regle* de Publicandis, *n. 91.*

DELEGUE.

Delegatus Papæ poteſt cogere Subdelegatum; cap. Paſtoralis, extra, de Offic. & poteſt. judic. deleg. alias liberè poteſt; Panorm. & Decius *sur le chap. 3. aux Decretal.* de officio & poteſtate judicis delegati.

Dic ſtatim ut delegatus, commiſit totam executionem ſubdelegato, vel totam juriſdictionem functus eſt Officio; cap. Super, §. porro, extra de Officio & poteſtate judicis delegati; quam revocare poteſt re integra; cap. Quamvis, eod. tit. in 6. *C. M. sur le chap. 9. aux Decretal.* de Offic. & poteſt. judic. deleg.

Mandatum Delegati non extinguitur morte mandantis, *ſi citatio executa eſt, nec, ſat eſt commiſſio; Philip. Decius hic, num. 5. Quamvis aliter Decius in cap. ſeq. & diſtinguat in leg. more num. 48. de Juriſdict. omn. judic.*C.M. ſur le chap. 19. aux Decretal. *de officio & poteſt. judic. deleg.*

Ut absens coram judicibus delegatis veniat, *dic quod sufficit unica monitio*; *Gloss. Clement.* 1. § 1. *Versic. requisierunt*, *de Haret. Cardin. Panorm. Felin. Philip. Decius*, *Ludovicus Romanus sing.* 424. *ego dixi & Cons.* 427. *Alexand. cons.* 181. *num.* 2. *ubi tetigi lib.* 4. *Gemin. cap. Si contra*, *eod. in* 6. *Felin. cap. ex litteris*, *colum.* 4. *de Constit. Decius cap. Ex part.* *columm.* 1. *de Appellat.* C. M. sur le chap. 22. aux Decretal. *de Offic. & potest. judic. deleg.*

Jurisdictio Judicis delegati expirat Sententia data, *& bene*, *nisi Sententia non esset executa*, *vel victus non paruit executioni*, *vel illico turbet*; *Panorm. Felin. hic*; *Paulus l. si possessori*, *in principio*, *de jurejurando*: C. M. sur le chap. 26. aux Decretal. *de Offic. & potest. judic. deleg.*

Jure Canonico omnia delegantur, Panorm. Felin. in cap. Quod sedem, extra de Offic. & potest. Judic. deleg. *C. M. sur le chap.* 27. *aux Decretal.* de Offic. & potest. judic. deleg.

Nullus delegatus potest dare potestatem subdelegandi, idem tenet Felin. hic, Panorm. eod. cap. & §. Si verò,

Alexand. in rubrica, column 3. de offic. ejus cui mandata est jurisdictio; *Ibidem.*

Ab subdelegato a delegato Papæ, appellatur ad hujusmodi delegatum, *& hoc speciale est in delegato Papæ, qui subdelegat non in totum, ut non possit medium omitti, & recta appellari ad Papam : Panorm cap. cum Bertholdus in fine, extra, de re judic. Felin. hic* ibidem.

Delegatus inferioris subdelegavit articulum non jurisdictionalem, quod potest; Panorm. *ibidem.*

Delegatus cui nudum ministerium sine Jurisdictione committitur, non potest, subdelegare; Panorm. hic. vide Antonium Corset, in repetit. verbo delegati. *C. M. sur le chap. 20. aux Decretal.* de Offic. judic. ordin.

Judex delegatus potest cognoscere de appellatione à suo delegato; *du Moulin dans ses Notes sur le Commentaire de Dynus Muxellanus, sur les regles de Chancellerie*, regula 57. *n.* 1.

DE'LIBERATION.

Quod fit in convocationibus à majori parte convocatorum, prævalet,

etiam non obstante consuetudine, vel statuto, Alexand. Conf. 24. num. 5. lib. 6. Panorm. in disput. 1. in tract. de Concil. Basil. in 1. dubio, Philip. Decius cap. cum omnes, lect. 2. col. 3. de Constit, Boer. Decis. Burdeg. 3. C. M. sur le chap. 1. aux Decretal. *De his quæ fiunt à majori parte Capituli.*

DENONCIATION.

Clerici non admittuntur hodie ad denunciationem, quia ob numerum, & licentiam morum vilescunt Clerici, & suspectiores sunt: *C. M. sur le chap. 24. aux Decretal.* de Accusationibus.

DEPORT.

Hæc origo Custodiarum, Galli *deportus* vocant, apud quos, ut Carnuti, grandis abusus est, quod Archidiaconi non reservant, sed in suum lucrum rapiunt; quod abusivum est, & omnino corrigendum; tango in cap. cum venissent, extra, de Instit. *C. M. sur le chap. 4. aux Decretal.* de Offic. judic. ordinar.

In deportuum perceptione deducitur

pensio Beneficio deportum patienti imposito, creditori pensionis persolvenda ab ipsismet deportariis : *C. M. sur le chap. 4. aux Extravagantes Communes,* de Privilegiis.

DE'POSITION.

Depositio justa præsulis Ecclesiastici Beneficiati trahit, secum privationem fructuum medii temporis; si autem malè depositus fuit, hujusmod fructus percipit : *C. M. sur le Canon 2. caus. 2. q. 5.*

DE'VOLUTAIRE.

Devolutarius non potest mitti in possessionem Beneficii quod devolutat, nisi authore judice imo & interdictis etiam possessoriis conveniri poterit, ut plene dixi in Consuetud Paris. §. 30. num. 74. *C. M. sur le chapitre* 28. de Præbendis in 6°.

Etiam in casu quo Beneficia vacent ipso jure; Oldrad. q. 226. Bald. Cons. 135. lib. 4. Lap. Alleg. 101. Roman. Cons. 212. Mar. Socinus, de citat. art. 5. num. 2. Curtius junior, l. final. num.

22. C. de pactis limitat Gemin. Conf. 86. in fine. *Ibidem.*

Devolutarius non potest uti alia specie vacationis, quam expressa: *C. M. sur la Regle* de Verissimili notitia, *n.* 226.

Alienorum Beneficiorum involatores sunt odiosi: *M. Loüet & Vaillant sur la Regle* de Publicandis resignationibus, *n.* 203.

Regiis Constitutionibus involatores aliorum Beneficiorum cautionem certæ summæ denariorum præstare tenentur: *M. Loüet*, ibidem.

Hodie alienorum Beneficiorum involatores debent intra annum post datam provisionis, possessionem capere, & post tres menses tenentur litem contestari, alioquin provisio fit caduca: *Vaillant*, ibidem.

Hodie sine declaratione aut Sententia potest quis jure devoluto Beneficium ex causâ criminis admissi impetrare, modò tamen constet posteà de crimine vacationem inducente: *le même*, ibidem.

Constitutionibus Regiis Francisci primi, anni 1539. art. 60. & Henrici III. Blesensis, art. 46. prohibetur impetran-

tibus jure devoluto impetrati Beneficii fructus percipere ante Sententiam cum legitimo contradictore latam; contra facientes suo tam jure devoluto, quam alio quocumque privato: *M. Loüet sur la Regle* de verisimili notitia, *n.* 19.

Devolutarii sunt odiosi, tamen tolerandi sunt, maxime, quia nulla debet fieri distinctio personarum apud nos; quia interest Ecclesiæ usurpatores Beneficiorum, ideſt eos qui ea possident sine titulo, à possessione sua dejici: *M. Loüet & Vaillant sur la Regle* de Annali possessione, *n.* 112.

DEVOLUTION.

In Francia non fit devolutio ab Episcopo ad Capitulum in collationibus Beneficiorum ad collationem Episcopi spectantium negligente Episcopo conferre: *C. M. sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 75.

A patrono negligente præsentare intra tempora præfixa, præsentatio devolvitur hac vice ad Episcopum Superiorem ad quem spectat institutio: *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 65. 66. *&* 67.

Devolutio fit jure quodam superioritatis; & sic non poteſt fieri de Epiſcopo ad Capitulum : *le même* , ibidem , *n.* 75.

In Regalia devolutio ad Superiorem ordinarii non habet locum etiamſi Rex negligens foret conferre Beneficium vacans ; Regalia enim uſque ad viginta annos extenditur : *le même* , ibidem , *n.* 101.

Primis Eccleſiæ temporibus devolutiones collationum Beneficiorum ad Superiorem , erant incognitæ , *le même*, ibidem , *n.* 117. Jus devolutionis eſt favorabile ; quia eo modo impediuntur vacationes Beneficiorum , & tenentur ordinarii citius providere, *Vaillant* , ibidem.

Beneficiorum devolutio fit cum ſua cauſa , & Beneficii qualitate : *M. Loüet* ibidem , *n.* 220.

Papa non poteſt uti jure devolutionis niſi poſt ſex menſes revolutos ; qui Ordinariis collatoribus dati ſunt ad conferendum ; *le même* , Ibidem , *n.* 346.

Non fit devolutio à Rege ad Superiores , ſi hoc verbo uti poteſt , Collatores Eccleſiaſticos , ob negligentiam Regis ad nominandum ad Beneficia va-

cantia, aut si Rex nominasset indignum; potest enim Rex omni tempore nominare : sed non eodem jure utuntur patroni laïci ; si enim intra quatuor menses à die probabilis notitiæ computandos idoneum non præsentaverint, pleno jure Episcopus Diœcesanus conferre poterit jure devoluto : *le même*, ibidem, *n.* 405.

DIGNITE'.

Dignitates quæ eligendo conferuntur, aut quarum electio à Superiore confirmatur, censentur potius collativæ quàm electivæ ; ideò si quis ad unguem electionum solemnitates in harum dignitatum, provisionibus non observaverit, nihilominus provisiones validæ erunt : *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 6.

In primis Ecclesiarum dignitatibus post Pontificales, ut in Decanatibus, Regis nominationem cessare, multoties judicatum est & extant senatusconsulta pro hujusmodi dignitatibus, quales sunt Decanatus : *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 6.

Dignitates Ecclesiarum Cathedra-

lium, & Principales dignitates Collegiatarum, non subjiciuntur Graduatis, Edicto 1606. *Vaillant*, ibidem.

Summus Pontifex potest admittere harum dignitatum resignationes; & sic judicavit Senatus Parisiensis : *M. Loüet sur la Regle* de Infirmis resignantibus, *n.* 6.

Quis simul duas dignitates, etiam in diversis Ecclesiis, potest possidere, modò hæ dignitates non habeant curam animarum : *le même sur la Regle* de Publicandis resignationibus, *n.* 95.

Primæ dignitates cum requirant residentiam, debent eodem calculo notari, nec quis plures simul debet possidere : *Vaillant*, Ibidem, *n.* 299.

Ad primas Ecclesiarum Cathedralium post Pontificales, possidendas dignitates, Ordinis Sacerdotalis ordo desideratur, & consequenter ætas annorum 24. saltem incæptorum, *M. Loüet*, ibidem, n. 327.

Dignitates in Ecclesiis Cathedralibus sine Canonicatu non possunt obtineri in Gallia; in hoc autem attenditur Statutum vel consuetudo Ecclesiæ : *M. Loüet* & *Vaillant*, ibidem.

DISTRIBUTION.

DISTRIBUTION.

Distributio debet fieri inter Canonicos & alios Ecclesiasticos, pro qualitate personæ; Panormit. hic. Flor. leg. Sed & si quid, §. Mancipiorum de usufruct. Bald. leg. final. Cod. de fructibus & litis expensis: *C. M. sur le ch. 6. aux Decretal.* de Constitutionibus.

Distributiones quotidianæ non dantur residentibus, sed interessentibus, cap. 1. de Cleric. non resident in 6. *C. M. sur le chap.* 14. *aux Decretal.* de Cleric. non resident.

Clerici studentes, etiam in Theologia, non lucrantur distributiones quotidianas, si non intersint, sed tantum fructus qui dicuntur *communes*, seu *grossos*; nec valeret Statutum capituli in præjudicium studentium; Anthon. But. Cons. 41. Joann. Andr. Panorm. *C. M. sur le chap.* 32. *aux Decretales* de Præbendis.

Distributiones manuales sunt quæ quotidie distribuuntur; Philspp. Decius, Cons. 280. *C. M. sur le chap.* unique, de Clericis non residentibus in 6°.

Distributiones quotidianæ præsenti-

K

bus tantum debentur; ita ut non debeantur Canonicis qui ex Privilegio Præbendarum fructus percipiunt, ut aulæRegis Capellani,ne canonicis,etiam pro utilitate Ecclesiæ absentibus; ideoque hujusmodi distributiones non veniunt in reditus, nec in tertia parte computantur: *M. Loüet sur la Régle* de publicandis resignationibus, *n.* 274. Tamen hæ distributiones computantur quando agitur de valore annuo Beneficii ad repletionem Graduati ex textu Concordatorum: *Vaillant*, Ibidem.

In distributionibus quotidianis seu manualibus Theologus pro præsente habetur, ita ut nihil perdit: *M. Loüet*, Ibidem. Scilicet quando legit scripturam ter ad minùs in hebdomada, & prædicat Evangelium diebus Dominicis aut Festis solemnibus; Sed ubi non id facit, tenetur horis interesse velut quilibet alius Canonicus: *Vaillant*, Ibidem.

Qui in fructuum restitutione Præbendæ condemnatus est, quotidianas distributiones non restituet: *M. Loüet*, ibidem.

DISSIPATION.

Si quis ſit interdictus ob cauſam dilapidationis & prodigalitatis, alienata per eum ante inhibitionem tenent, niſi cum conſtet eum fuiſſe notorie prodigum : *C. M. ſur le chap.* 8. *aux Decretal.* de dolo & contumacia.

DISPENSE.

Simplex diſpenſatio ad dignitates, non extenditur ad Epiſcopatum ; cap. cum dilectus, extra, de conceſſio Præbendæ, Gloſ. 2. de Præb. in 6. Oldradus, q. 14. column. 2. Hoſtienſis ; *C. M. ſur le chap.* 25. *aux Decretal.* de Electione.

Cum Papa ſit juris poſitivi author & dominus, imò creator, poteſt de eo diſpenſare, niſi Patronus laïcus aut dominus loci impediat ; *C. M. ſur le chap* 6. *aux Decretal.* de Religioſis domibus.

Quidquid prætextu cujuſvis ſolennitatis ſuper additur, humanum inſtitutum eſt, ergo diſpenſabile ; *C. M. ſur le chap.* 6. *aux Decretal.* qui Clerici.

Dispensatio non fit, nisi exprimatur; *C. M. sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 439.

Dispensationes non extenduntur; *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 29. *&* 161.

Quando Provisio annullata est, dispensationes in ea contentæ, annullantur per consequentiam necessariam: *le même*, ibidem, *n.* 297. & 299.

Dispensatio ad posse possidere Beneficia incompatibilia, ad alia Beneficia extendi non potest; dispensatio enim suum effectum sortita est; *le même*, ibidem, *n.* 300.

Cum dispensationes sint gratiæ, non justitiæ à mera concedentis voluntate pendent; *le même*, ibidem, *n.* 425.

Dispensationes in Beneficiis cum sint odiosæ, non debent extendi; *Vaillant*, ibidem, *n.* 304.

Dispensationes in Beneficiis sunt exprimendæ; & ideò orator debet declarare in libello suplici pluralitatem Beneficiorum quæ possidet; *M. Loüet*, ibidem, *n.* 439. Hoc verum si orator omnia expresserit quæ Papam removere poterant; nam signatura apposita in fine suplicationis per verba, *fiat*, *aut*

concessum ut petitur, extenditur ad omnia expressa; *Vaillant*, ibidem.

Hodie Regia Blesensi constitutione idem non potest duas Ecclesias Parochiales possidere, etiam ex dispensatione Summi Pontificis; sed Romæ nullæ hac de re dantur dispensationes propter Tridentinæ Synodi prohibitionem; *M. Loüet sur la Regle* de verissimili notia, *n. 63.*

DIOCESE.

Diœcesis aliquando dicitur disjunctio, sive divisio vel gubernatio; quia divisa est ab Ecclesia alterius Episcopatus; *C. M. sur le chap.* 11. de Rescriptis in 6°.

DIXME.

Decimæ infeodatæ sunt quid merè temporale, & censentur ac ipsamet feuda; *C. M. sur la Coûtume de Paris*, *tit.* 1. des Fiefs, §. 51. *Glos.* 1. n. 16.

Per Constitutionem Philippi IV. anni 1302. congnitio decimarum Ecclesiasticarum pertinet ad judices Ecclesiasticos tam de petitorio quam de possesso-

rio ; *contrarium quantum ad omne possessorum, sive recuperandæ, sive retinendæ possessionis, notorie servatur, ut dixi in Consuetudine Parisiensi, tit.* 3. C, M. sur le Stile du Parlement, part. 3. chap. 45. n. 15.

En cas de Dixmes infeodées, le Juge d'Eglise doit renvoyer les Parties devant le Juge Seculier ; *sed inventa est alia via ; quia prætendens in feudatam, statim adit sæcularem ut an sit infeudata, cognoscat, & interim cesset judex Ecclesiasticus* : C. M. sur le Stile du Parlement, part. 7. q. 78.

Super decimis transigi potest, etiam sine authoritate Superioris, quando jus antiquum recuperatur ; cap. 1. de Pactis in 6. Panorm. cap. veniens, de Præscript. *C. M. sur le chap. 2. aux Decretal.* de Transactionibus ; Idem dicit in cap. 5. *ibidem.*

In casu decimarum infeudatarum, si articuletur jus habendi hujusmodi decimas ante Concilium Lateranense, non requiritur habere titulum infeudationis, sed sufficit habere possessionem immemorialem ; si verò jus articuletur post hoc Concilium, oportet habere titulum infeudationis ; & in omni casu

tam respectu petitorii quàm possessorii, sufficit allagere possessionem, vel titulum de decimis infeudatis, ut in hoc regno solus judex secularis de hujusmodi quæstione cognoscat: *C. M. sur le chap.* 7. *aux Decretal.* de Præscriptionibus.

Decimæ non sunt spirituales, nec substantialiter, nec formaliter, nec materialiter, sed tantum applicative; quia ministerio spirituali deputatæ; *C. M. sur le chap.* 9. *aux Decretal.* de rerum permutatione.

Pactum ad tempus super decimis, videtur fieri super fructibus, non super ipso jure decimandi. *C. M. sur le chap. aux Decretal.* ibidem.

Parochiani possunt decimas, & etiam oblationes, subtrahere Parocho suo non seminanti Verbum Dei; & multò magis seminanti fabulas quæstarias, secundum Panormitanum hîc, & in cap. cum inter, coll. 10. de except. Paul. de Cast. Cons. 38. lib. 1. Anthon. Corset. de potest. reg. q. 72. Felin. cap. veniens, col. 2. de Testam. Lap. alleg. 67. *C. M. sur le chap.* 5. *aux Decretal.* de Parochiis.

Privilegiati de decimis non solven-

dis, tenetur eas exsolvere de prædiis quæ ab aliis conducunt *aliud enim suum restituere, aliud de alieno quæstum facere*: C. M. sur le chap. 8. aux Decretal. *ibidem.*

Falsum & Judaïcum est quod decimæ sint hodie de jure divino; sustentatio, tamen Ministrorum de jure divino est; cæterum sive quota, sive decimatio ipsa ceremoniale aut ad summum judiciale quoddam fuit: *C. M. sur le chap.* 14. *aux Decretal.* de Decimis.

In decimis percipiendis consuetudo spectatur, *nec est contra jus commune, & sufficit tempus decim annorum*: C. M. sur le chap. 18. aux Decretales, *ibidem.*

Infeudationes decimarum factæ ante Concilium Lateranense, stant, nec Papa potest, etiam cum Concilio, jus laïcorum in hoc diminuere, & possunt istæ decimæ, sicut quodlibet prædium vendi liberè; & ita practicatur; & hodiè sufficit probare possessionem temporis immemorialis, etiam non probato titulo, nec fama ut præsumatur infeudatio ante illud Concilium; & hæc de decimis per se; si enim competant ratione certi castri, vel loci, tunc

tunc indiſtinctè cum univerſo tran_ ſeunt, cap. ex litteris, de jure patronat Dixi in Conſuetud. Pariſienſ. §. 46. q. 4 *C. M. ſur le chap.* 19. *aux Decretal* ibidem.

Non ſolvuntur decimæ de reditibus molendini; nec aliæ decimæ inſolitæ niſi forte in locis ubi Papa dominus eſt, temporalis; hæc enim& perſonales ſunt & in Gallia non debentur decimæ niſi conſuetæ tantum; unde de ſtagnis, ſylvis cæduis, pratis & aliis, de quibus non eſt ſolitum, nequeunt exigI t, ut etiam ſtatuit Philippus pulcher, ut habetur in Stilo Parlamenti, part. 3. tit. decimis. *C. M. ſur le chap.* 23. *aux Decretal.* ibidem.

Solus poſſidens debet ſolvere decimas, & non dominus prædii quod conduxit; quia dominus ob decimas minus locavit, & ſic eſt ad conductorem ſolvere decimas prædii conducti; *C. M. ſur le chap.* 26. *aux Decretal.* ibidem.

Privilegium de non decimis ſolvendis non poteſt extendi ad terras poſteà acquiſitas, *ſed in iiſdem terris in privilegio incluſis duntaxat conſiſtit, nec trahi poteſt ad alias poſtea quæſitas*; *cap*

cum Capella Ducis Burgundiæ, extra, de privilegiis : C. M. sur le ch. 27. aux Decretal. *ibidem*.

Posset tamen allegare præscriptionem prædiorum novalium, is qui alias decimas jure percipit; quia de pascuis, vel piscatoriis Gallium, vel Canneto aliquid prius percipiebatur, licet forte modicum; & de illo præscribens antiquas decimas, etiam percipiat decimam; Joann. Andr. ex quo enim modicum quid nomine decimæ solus percipit de certa terra, censetur omnem decimam ejusdem terræ præscripsisse : *C. M. sur le chap. 29. aux Decretal.* ibidem.

In dubio præscriptio decimæ realis censenda est, id est terram concernens, & non certam speciem fructuum; Petrus Anchar, idem Hostiensis, Joann. Andr. hic, Cardin. Florent. Clement. I. in principio col. 6. de supplend. neglig. Prælat. prout etiam natura est decimæ. Unde si paterfamilias vineam, vel terram frumentariam, ex qua solvebat decimam, converterit in sylvam, vel stagnum, non tenetur decimam solvere, ut sæpe judicatum est in Senatu Parisiensi : *C. M. sur le chap. 30. aux Decretal.* ibidem.

Decimæ infeudatæ originem habent à Regibus, non à Summis Pontificibus, ut inde Reges ſtipendia militibus & ſumptus facerent; Saxones enim tributorum nomen horrebant, ſed decimas non recuſabant; deinde Pontifices partem decimarum dederunt laïcis per ſpeciem feudi, ut partem retinerent; Joan. Andr. cap. in aliquibus, in fine, extra, de decimis: *C. M. ſur le chap.* 31. *aux Decretal* ibidem.

Servatur in regno Franciæ quod decimæ percipiuntur pro modo uſus & conſuetudinis loci, & hoc vigore conſtitutionis Philippinæ, & eſt verum quidquid dicant Canoniſtæ, & omnes Theologi; quia non amplius jure divino debentur, ut dixi ad cap. *In aliquibus*; extra de Decimus: *C.M. ſur le chap.* 1. *aux Decretal. in* 6. de Decimis.

Indultum Apoſtolicum *ut quis pro ea parte decimas novales perciperet; quâ veteres* ſeu groſſas, *percipit*, non poteſt concedi in Regno Franciæ; quia eſſet contra Decretum, *de cauſis*; & poſſet ab executione appellari tanquam ab abuſu ad Parlamentum Regium, quia Rex tenetur libertatem Eccleſiæ ſuæ, etiam contra Papam tueri; ſed Papa

non est dominus, jurium Ecclesiæ; nec posset causa cognita aufferre jus unius, obstante Decreto *de causis*; ergo nullominus non cognitâ causâ: *C. M. sur le chap.* 2. de Decimis in 6°.

Privilegiati de decimis non solvendis, non solvent de his quæ possident, & suis laboribus colunt; & adhuc non intelligitur nisi de novalibus tunc possessis, vel de terris in privilegio inclusis; ideò in cap. *Ex parte* 3. verbum *percipias*, debet intelligi, id est *non solvas*, ut ibi dixi, *C. M. sur le chap.* de Regulis Juris, in 6°. reg 53.

DONNER.

Quando dicitur *beatius esse dare quam accipere*, hoc regulare est; contrarium tamen expertus sum, qui studiis immersus, postquam bona omnia juniori fratri, discipuloque & alumno dedi & tradidi, ab illo despectus, & pro hoste habitus fui; *C. M. sur le chap.* 6. *aux Decretal.* de celebrat. Missar. & ego ab ingrato crudelitatem impiam retuli; quare exemplo meo nemo benefaciendo fidat: *C. M. sur le Titre* de Regulis Juris *in 6. Reg.* 19.

DOYEN.

Decanus aliquando venit nomine Capituli. *C M. sur le chap. 6. aux Decretal.* de Simonia.

DOYENNE.

Decanatus electivi non spectant ad nominationem Regis in vim Concordatorum: *C. M. sur la Regle* de Infirmis resignantibus, *n.* 315.

Decanatus sunt secundum jus commune electivi, nec ad Regis nominationem spectant, nisi Rex sit in possessione contraria; ideò Decanatus resignari possunt in favorem, & hujusmodi resignatio admittetur in Curia Romana: *M. Loüet sur la Regle* de Infirmis resignantibus, *n.* 315.

DROIT.

Jure naturali & jure positivo politia externa regitur; sed utrumque subest divino, quod altius est naturali: *C. M. sur la Preface du Decret de Gratien, distinc.* 1.

Jura pœnalia de potiori intelliguntur : *C. M. sur le Canon 6. dist. 56.*

Jus Canonicum in multis habet dependentiam à jure civili, secundum Panormitanum, hic : *C. M. sur le chap. 24. aux Decretal.* de Accusationibus.

Non est facienda differentia inter Jus Civile & Canonicum. Nisi ubi expresse apparet secundum omnes : *C. M. sur le chap. 1. aux Decretal.* de Operis novi nunciatione.

Jura regia respectu Beneficiorum diversis legibus regulantur : *Vaillant sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 405.

DROIT COMMUN DE FRANCE.

Jus commune Gallicum antiquius est Jure Canonico Pontificio, & ideò prævalet, & respectu hujus Juris communis, jus Canonicum nullum est : *C. M. sur le Stile du Parlement, part.* 5. *q.* 20.

DUEL.

Philippus pulcher Francorum Rex duella prohibuerat, sed paulò post coactus fuit tolerare, & certa lege edita mo-

derare. quam legem, quæ corruptè habebatur in Stilo Parlamenti, & corruptius exponebatur suæ naturæ puritati restituit, non ad amplianda, sed ad restringenda duella, ut patet in Stilo Parlamenti, nuper per me edito, part. 1. cap. 16. Hodie usque adeò degenerat abusus ut propter alapam concedatur; cum tamen, etiam de Imperio certans Octavius Cæsar, Antonio provocanti non veritus denegare, dicens multas ei parare vias ad interitum, ut refert Plutarchus in vita Antonii; Marius quoque, Valentissimus Imperator, quam lepide provocatori respondit, si inquit, cupiens mortis es, laqueo vitam finire potes: *C. M. sur le chapitre* unique, *aux Extravagantes*, de Tormentis.

ECCLESIASTIQUE.

BONA mobilia Clericorum, quæ sunt necessaria personæ, usui & conditioni Clerici, non possunt præhendi & pignorari; secus de aliis mobilibus, & etiam de bonis immobilibus: *C. M. sur la Coûtume de Paris*, tit. 1. *des Fiefs*, §. 1. Glos. 1. n. 53.

Qui percutit Clericum laïco habitu vestitum, & ignorans esse Clericum, non puniendus est tanquam de Clerico offenso, sed tanquam de laïco offenso: *C. M. sur la Coûtume de Paris*, tit. 1. *des Fiefs*, §. 43. Glos. 1. n. 67.

Clerici ratione patrimonii quod possident, sunt subditi Jurisdictioni seculari, & Principi seculari, nec subsunt Papæ: *C. M. sur la Coûtume de Paris*, tit. 4. *des Fiefs*, §. 68. Glos. 2. n. 20.

Ecclesiastici ligantur consuetudinibus municipalibus, *ibidem*.

Si vir Ecclesiasticus obligatus per litteram manu sua signatam adjornatur

ad curiam laïcam, tenebitur cognoscere vel negare, & ad *ulteriora* in causa procedere; *sed hoc postea correctum est, ut fateatur vel neget :* C. M. sur le Stile du Parlement, part. 2. chap. 5. n. 1.

Viri Ecclesiastici per Decretum Gregorii VIII. Papæ, scriptum Regi Francorum, non debent intendere negotiationibus secularibus; *idem ferè Honoratus III. Ambianensi Episcopo, cap. fin. de vita & honestate Clericorum, & Anglorum Reginæ, cap. 3. de privilegiis :* C. M. sur le Stile du Parlement, part. 3. chap. 44. n. 4.

Bona personarum Ecclesiasticarum clericaliter viventium capi non possunt per judicem sæcularem, Constitutione Philippi Pulchri de 1303. *Nota* clericaliter viventium, *ut per Jord. Bricii, Rep. c.* 1. §. *contrahentes, de foro competenti, in sexto, dixi in annot. Alexandri, Conf. lib.* 1. C. M. sur le Stile du Parlement, part. 3. chap. 45. n. 12.

Constitutione Philippi Pulchri, anni 1303. §. 17. Permissum erat Ecclesiasticis ex Gentibus manus mortuæ bona immobilia possidere, absque coactione

vendendi, imo & possessores eorum compelli poterant dimittere Ecclesiis possessiones hujusmodi pro justo pretio; *dixi in Consuetudine Parisiensi* §. 41. *n.* 58. sur le Stile du Parlement, part. 3. chap. 45. n. 17.

Per eamdem Constitutionem §. 18. Permissum erat Ecclesiasticis & Ecclesiis acquirere in suis feudalibus & censivis; *contrarium servatur, & coguntur ponere extra manum suam, secundum ea quæ scripsi in Consuetudine Paris.* §. 13. *Glos.* 1. *n.* 2. *cum sequentibus*: ibidem, *n.* 18.

Eadem Constitutione §. 19. Licet Prælatis personas Ecclesiasticas capere; *non servatur, ut dixi supra, tit.* 38. §. 2. ibidem, *n.* 19.

Per Arrestum de 1393. judicatum est Ecclesiesticos non debere respondere personaliter super articulis; *quod* potest procedere ad finem definitive super delicto communi remisso ad judicem Ecclesiasticum; alias & super provisione, & super definitione delicti privilegiati, & supra omni instructione communi tenentur personaliter respondere; dicitur in omni crimine, nec audiuntur super declinatoria fori, & ita

hodie practicatur, & semper à 36. annis practicari vidi, & bene; *C. M. sur le Stile du Parlement, part. 5. q. 3.*

Curia sæcularis cognoscit an vestis Ecclesiastici sit Clericalis; *idem Guido Papa decis. Delphin.* 138. *Stephanus Aufrerus Rep. Cler. de Officio ordin. col. 35. & bene.* C. M. sur le Stile du Parlement, part. 5. q. 43.

Curia sæcularis non cognoscit de actionibus realibus, etiam inter Ecclesiasticos seu Clericos, etiam de vili mobili: idem in personali & reali dependente, in qua concluditur per medium reale: Vide Aufrer. Rep. Cler. 1. q. 11. Princ. Can. num. 19. de Officio ordin. idem Baldus authentica Clericus, C. de Episcopis Clericis; Joannes Faber Instit. de satisdat. §. Si verò, idem infra, q. 52. *C. M. sur le Stile du Parlement, part. 5. q. 45.*

Qui pendente lite factus est Ecclesiasticus seu Clericus intuitu vitandi prosecutiones creditorum suorum, nihil fecit; quia non solum in fraudem; factus est Clericus, sed etiam pignus prætorium prævenit; & sic practicatur: *C. M. sur le Stile du Parlement, part. 5. q. 74.*

Jurisdictio spiritualis Ecclesiastica est quasi species Jurisdictionis civilis, & differt à temporali ut municipalis à regia, vel Jurisdictio Baronis à Jurisdictione Ducis vel Comitis: *C. M. sur le Stile du Parlement, part. 5. q. 82.*

Ecclesiasticus crimine homicidii convictus, est deponendus, *id quod facti contingentia evenit Parisiis anno* 1530. *nonis Maii. De Sacerdote, Vicario domini Anthonii* de Combes, *Sacerdotis Curati* de Meru, *domini sui, quem nocte cum famulo occiderat; qui degradatus, postea vivus fuit combustus, & bene, quamvis anno* 1343 *convictum læsæ majestatis simplicem Clericum noluerit Episcopus Parisiensis degradare, Rege cum Jussis, & Mandatis Papæ instante, sed in stala irridendum produxerit, tanta moristatis erant Episcopi, ut in Annalibus Ægidii, lib.* 2. C. M. sur le Stile du Parlement, par. 5. q. 82.

Ecclesiastici non habent territorium ratione suæ Jurisdictionis spiritualis: *C. M. sur le Stile du Parlement, part. 5. q.* 109.

Ecclesiasticus in quantum exercet mercaturam, non utitur privilegio Clericorum, *ibid. q.* 112.

Ecclesiasticus seu Clericus in causa criminali non potest per procuratorem petere se remitti ad suum judicem, vel declinare ; quod generaliter observatur : *C. M. sur le Stile du Parlement, part.* 7. *q.* 10.

Les Ecclesiastiques sont tenus de contribuer aux Aides des Villes ; *dixi in l. placet C. de Sacrosanct. Eccles. & late tradit Lucas Penna in l. Si divina, C. de exactor. tribut. in l. in quibus numeribus nemini excus. licet, lib.* 18. C. M. sur le Stile du Parlement, part. 7. q. 51. Idem Episcopi tenentur facere, & maximè *en temps de guerre*, ibidem, *q.* 61.

Ecclesiasticus falsitate convictus, privandus est Beneficio suo, non solum quoad possessionem, sed etiam in petitorio, & hodie lex est generalis edicti in parvas datas, promulgati anno 1550. *C. M. sur le Stile du Parlement, part* .7. *q.* 168.

Ecclesiasticus seu Clericus conjugatus non debet pro emenda honorabili, vel pro criminali remitti ad Ecclesiam prætextu criminis : *C. M. sur l'Ordonnance de* 1539. *art.* 4.

Ecclesiastici tenentur contribuere ad

reparationem murorum, & ad munitionis civitatis : *C. M. Conseil.* 11. *n.* 1.

Ecclesiastici non habent privilegium fori in muneribus patrimonialibus, vel obligatione legali ; *Conseil* 12. *n.* 1.

Ecclesiastici sunt cives & pars corporis Reipublicæ : ibidem, *n.* 4.

Ecclesiastici non habent privilegium fori in feudis, nec aliis bonis temporalibus, cujuscunque speciei sint, *ibidem*, *n.* 6. Nec in actione reali, *n.* 7.

Ecclesiasticum seu Clericum posse trahi ad forum sæculare in certis casibus practicatur in Gallia contra dispositionem Canonum : *C. M. sur le Canon* 2. *caus.* 11. *q.* 1.

Bona patrimonialia Ecclesiasticorum non gaudent privilegio rerum Ecclesiæ, nisi in casibus à jure expressis ; Panormit. cap Ecclesia sanctæ Mariæ, de Constit. *C. M. sur le Canon* 1. *caus.* 16. *q.* 4.

Deffectus scientiæ in Ecclesiastico est impedimentum, Juris divini, contra quod Papa non potest dispensare ; Felin. cap. Si quando, column. penult. de Rescriptis, & est textus Oseæ, cap. 2. Vide Ludovic. Gomes. cap. 1. num. 113. Cum seq. de Constit. in 6. & per

Arreſtum antiquum Franciæ Curiæ, Clericus neſciens legere privatus fuit privilegio Clericali: *C. M. ſur le chap.* 15. *aux Decretal.* de ætat. & qualit. & ordin. præficiendorum.

Eccleſiaſticis, cujuſcunque ſint dignitatis, morientibus ſine teſtamento, & legitimis hæredibus, ſuccedit in hoc regno Franciæ fiſcus Regis, vel dominus temporalis loci, & non Eccleſia, ut dixi in Conſuetud. Pariſ. §. 16. *C. M. ſur le chap.* 15. *aux Decretal.* de Teſtam.

Eccleſiaſticus ſeu Clericus in patrimonialibus cenſetur ut laïcus: *C. M. ſur le chap.* 28. *aux Decretal.* de Jure patronatus.

Eccleſiaſticus amittit Privilegium Clericale facto, exercendo actum contrarium, non autem ſimplici verbo, Panormitanus: *C. M. ſur le chap.* 3. *aux Decretal.* de Apoſtatis.

Eccleſiaſticus homicida nec immunitate Eccleſiæ, nec privilegio Clericali gaudet: *C. M. ſur le chap.* 1. *aux Decretal.* de Homicidio.

Gerſon in lib. de vita ſpirituali animæ, ſect. 4. collat. 9. Valdè miratur cur Eccleſiaſtici Clerici ſæculares,

Presbyteri, & Religiosi prohibentur à scientia medecinæ, & non removentur de facto à studio traditionis humanæ: *C. M. sur le chap.* 19. *aux Decretal.* de Homicidio.

Ecclesiasticus seu Clericus demisso habitu Clericali, omne privilegium Clericale perdit absque monitione: *C. M. sur le chap.* 23. *aux Decretal.* de Sententia excommunicationis.

Clericis, sive Canonicis, sive Episcopis, ut cæteris laïcis, cognati succedunt, nec potest Papa quid concedere contra, ut dixi in Consuet. Parisiens. §. 151. *C. M. sur le chap.* 18. *aux Decretal.* Verbor. signific.

In Regno Franciæ si Ecclesiastici seu Clerici exerceant mercantias & sæculares status, nullo privilegio fori gaudent, ut constitutio Regia anni 1539. §. 4. *C. M. sur le chap.* unique, *aux Decretal.* in 6. de Clericis conjugatis.

Magnus abusus est extendere privilegia Ecclesiasticis concessa, ad alios quam ministerio Ecclesiastico deputatos, actu servientes, ut dixi ad Alexand. Consf. 80. lib. 1. *C. M. sur le ch.* 1. *aux Clementines*, de vita & honestate Clericorum. In

In Regno Franciæ Ecclesiastici naturaliter & originaliter subditi sunt potestati sæculari, etiam Jure divino: *C. M. sur le Commentaire* de Dynus ad jus Pontificium, *Regula 26*.

Non deberent Ecclesiastici Beneficiati de reditibus bonorum Ecclesiæ patrimonium suum augere; sed cum sint simplices administratores, residuum debetur pauperibus: *Vaillant sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n*. 303.

Ecclesiastici illiterati seu ignorantes, Beneficia, Dignitates & alia Officia in Ecclesia obtinere non debent, maximè in his quæ important curam animarum, Sacramentorum administrationem, & populorum documenta, ita ut Papa non possit derogare huic regulæ: *M. Loüet sur la Regle* de idiomate. 19. *n*. 146. Episcopus privatus fuit suo Episcopatu, quia Grammaticam ignorabat; quod hodie non reperitur, quia Rex non concedit Episcopatus nisi personis litteratis, & iis qui moribus, scientia & ætate spectabiles populo sint; quæ omnia debent inspici, cum ab iis sæpe populorum salus pendeat, & Rex debeat providere subditis suis de omnibus, quæ ad eorum statum & con-

servationem spectant : *Vaillant*, ibidem.

In Regno Franciæ Ecclesiasticus naturaliter & originaliter subditus est potestati sæculari, etiam jure divino, ideò si in facto Jurisdictionis non debite allegaverit suum privilegium Clericaturæ, quod juris est positivi humani, tenent omnia acta, etiam in criminalibus: *Du Moulin dans ses Notes sur le Commentaire de Dynus Muxcellanus sur les Regles de Chancellerie*, Regula 1. *n.* 1.

EGLISE.

Dedicatio Ecclesiæ non eximit fundum, seu locum in quo Ecclesia constructa est, à Jurisdictione seculari, remanet enim Ecclesia seu Templum de territorio & Jurisdictione dominii secularis, seu potestatis temporalis; ideò cognitio & punitio delicti commissi in Ecclesia, æque spectat ad judicem secularem loci, & ad eum debet remitti, ac si esset commissum in loco prophano: imo etiam Clericum delinquentem infra Ecclesiam; vel Templum, non potest Episcopus vel alius Prælatus, aut

Judex ecclesiasticus vi jurisdictionis suæ, capere, sed captura etiam Clerici & in Ecclesia spectat adjud cem secularem, seu habentem jurisdictionem temporalem, vel territorium : *C. M. sur la Coûtume de Paris*, *tit.* 1. des Fiefs, §. 51. *Glos.* 2. *n.* 65. & 66.

Judicia contentiosa non debent exercere in Ecclesiis, seu templis, seu locis sacris : ibidem, *n.* 67.

Ecclesia non cognoscit, de feudo etiam decimali, ad eam reverso : *C. M. sur la Coûtume de Paris*, *tit.* 1. des Fiefs, §. 60. *Glos.* 1. *n.* 19. & 20. & §. 68. *Glos.* 2. *n.* 25.

Ecclesia habet jurisdictionem temporalem tanquam laïci ratione feudorum quæ habet in certis locis : ibidem, §. 21.

Temporalia Ecclesiæ sunt de foro seculari : *sur la Coûtume de Paris*, *tit.* 1. des Fiefs, §. 68. *Glos.* 2. *n.* 25.

Reges Francorum sunt patroni Ecclesiarum : *cap. Veniens*, *extra de accusationibus* : C. M. sur le Stile du Parlement, part. 3 chap. 37. n 1.

Ecclesiæ Gallicæ sunt in salva gardia Regis; & constare oportet per litteras regias de gardia sua, quam non solet con-

cedere, nisi illis de sua fundatione, tanquam patronus: *C. M. sur le Stile du Parlement, part.* 5. *q.* 35.

Nec ipse quidem Christus deffendit reos capi in Ecclesiis, nec politiam civilem vel criminalem unquam impedivit, sed magis confirmavit: *C. M. sur le Canon* 30. *caus* 13 *q.* 2.

Raptores mulierum non gaudere debent immunitate Ecclesiarum, ut in authentica de mandatis Principum; & hodiè ita servatur in Gallia, præsertim ab anno 1539. *C. M. sur le Canon* 3. *caus.* 36. *q.* 1.

Pater potest præesse, etiam immediatè, Ecclesiæ cui præfuit filius; quia jure non prohibetur: *C. M. sur le ch.* 7. *aux Decretal.* de filiis Presbyterorum.

Non est nova Ecclesia construenda nisi ex magna necessitate; Panorm. hic, Joan Selva tract. de Benefic. part. 1. q. 5 num. 110. *C. M. sur le chap.* 3. *aux Decretal.* de Ecclesiis ædificandis.

Res usui Ecclesiæ consecratæ benè vendi possunt; & quotidie Parisiis Latomi vendunt vel in usus privatorum transferunt rudera, lapides, & ligna

veterum Templorum, sine alia probationis solemnitate: idem sartores de vestimentis, non solum attritis, sed etiam integris, quæ augentur vel commutantur; & falsum est Episcopum posse sine consensu Domini calicem commercio eximere; sed si aliter non possit superstitionem tollere, tenetur, & cogi poterit execrare seu prophanare, ut ante 20. annos de quodam Cœmeterio judicari vidi per Arrestum Senatus Parisiensis; *verus enim Deus spiritus est*; ergo rebus corporeis non colitur; Joan. 4. actuum 4. *C. M. sur le Titre* de regulis juris, *in 6°. Reg.* 51.

Ecclesiarum Parochialium fuit inventor & divisor, Papa Dionysius: C. *M. sur le Traité de M. de Selve*, de Beneficio, *q.* 4. *n.* 19.

Ecclesiam nullus ædificare pôtest sine Episcopi Diœcesani authoritate: *ibidem*, q. 5. n. 29.

Moribus nostris & jure concordatorum Parochiales Ecclesiæ in civitatibus seu Villis muratis, aliis quam qualificatis conferri non possunt: *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 275. *&* 276.

Ecclesiæ appellatione simpliciter dicta

electus posset se adjungere, non tanquam possessor vel quasi, sed tanquam habens interesse : *C. M. sur le Stile du Parlement, part.* 7. *q.* 16.

Non licet venire, via *de la complainte* contra electum confirmatum, sed solum via appellationis à Sententia confirmationis, nisi conquerens prætenderet non esse Beneficium electivum, vel confirmantem non habere potestatem, nec esse in possessione juris confirmandi : *C. M. sur le Stile du Parlement, part.* 7. *q.* 1.2.

Electio Episcoporum olim fiebat præsente Metropolitano, & aliis Episcopis Provinciæ, Clero & populo : *C. M. sur le Canon* 1. *dist.* 64.

In electionibus, aut in aliis rebus seu juribus communibus & individuis *prævalet major pars, & solum impedit minor, quando habet justam causam contradicendi; cap.* 1. *de his quæ fiunt à majori parte Capituli ; sequitur Panormitanum, Philippus Decius hic :* C. M. sur le chap. 6. des Decretal. *de Constitutionibus.*

Ubi conveniunt duo corpora ut duo corpora, non sufficit habere majorem partem personarum, sed requiritur ma-

jor pars singulorum corporum; Panormit. & Philip Decius : *C. M. sur le ch.* 14. *aux Decretal.* de Rescriptis.

Jus electionis non potest ad unum redire omnibus, de Collegio delinquentibus in prima electione, puta ex eo quod indignus electus fuerat ; *idem Gofredus hic, & est verius, quia electio non est ablata à Clero & populo ut cederet dicto unius in re tam gravi, & in qua versatur periculum omnium : dico ergo quod hoc casu electio redit ad Clerum & populum, ad quem primordialiter & de jure divino spectat :* C. M. sur chap. 20. aux Decretal. *de postulatione Prælatorum.*

Si quis eodem jure haberet eligere & confirmare tunc confirmaret eligendo; cum, quis ex concessione vel privilegio habet utrumque; secus si utrumque habet in diversa qualitate; Panorm. hic, num. 9 & supra eodem cap. caussam, & Joan. Andræas : *C. M. sur le chapitre* 21. *aux Decretal.* de electione.

Secunda electio ad quam non vocati fuerant, ii qui vocandi erant, non minus est nulla quam prima in qua non servata fuerant quæ servanda : *C. M.* *sur*

ſur le chap. 29. *aux Decretal.* de electione.

Poteſtas eligendi, data cuidam, revocari non poteſt niſi rebus integris, *niſi de conſenſu compromiſſariorum, & tunc etiam poſtulatione publicata, ſed non Superiori præſentata; Panorm hic, num,* 13. C. M. ſur le chap. 30 aux Decretal. *de electione.*

Electus conſentiendo electioni de ſe factæ, à media parte eligentium, auget numerum, & electionem perficit; Joannes Andræas, cap. in toto, de reg. jur. in 6. Vide Paul. de Caſtr. conſ. 250. lib. 2. *C. M. ſur le chapitre* 33. ibidem.

Abſentes habent intentionem fundatam ut de toto regno ad electionem Eccleſiæ viduatæ debeant vocari; ita quod procedentes debent abſentes probare conſuetudinem particularem; Panormitanus; colum. 3. *C. M. ſur le chap.* 55. *aux Decretal.* de electione.

Publicato ſcrutinio, variare nequeunt electores; *imo poſſunt, Baldus, & Panormitanus hic:* C. M. ſur le chap. 58. aux Decretal. *de electione.*

Si electio fiat palam, poteſt quis ſe coeligere: *C. M. ſur le chapitr* 26

aux Decretales, de jure patronatus.

Electio nulla est si quid datum vel promissum fuerit electoribus; secus si ab amico fuit datum vel promissum tertio, quia tunc distinguitur, utrum erant electores, alias electuri: *C. M. sur le chap. 27. aux Decretal.* de simonia.

Electus non debet esse incertus, nec incertus confirmatur; Philippus Franc. hic: *C. M. sur le chap. 25.* de electione in *6.*

Statim ab electione sua Papa habet omnimodam potestatem, & non à solo die coronationis, ut tenet Barth. in extravang. *ad reprimendam*, in Gloss. Versic. Reges; Martin. Laudensis tracti *de Principibus*, §. 25. Anthon. Rosell. de legitim. column 34. Philip. Decius, cap. eam te, column. 2. *de rescriptis*, cons. 194. ubi dixi; Ludovic. Gomes. cap. 1. num. 3. de Constit. in *6.* *C. M. sur le Titre* de regulis juris, in *6.* reg. 88.

Electio non dat jus in Beneficio, sed ad Beneficium: *C. M. sur le chap. 1. aux Clementines*, ut lite pendente nihil innovetur.

Falsum puto electum non confirma-

tum habere administrationem : *C. M. sur le Traité de M. de Selve*, de Beneficio, *part.* 3. *q.* 1. *n.* 4.

Notatus infamia juris vel facti, non est eligibilis : *ibidem*, q. 2. n. 13.

Ego non aprobo cæteris paribus præferendum esse in electione eum qui peccavit & conversus est, ei qui non peccavit : *ibidem*, n. 14. & q. 7. n. 8.

In electionibus ego teneo quod electus pauperior esset præferendus modo esset virilis, non imbecillis, *ibidem*, *q.* 7. in principio.

Dico quod electio exacta est omnino nulla; & sic nihil est quod convalescat; unde debent omnia ex inregro solemniter agi : *ibidem*, q. 32. n. 3.

In Beneficio electivo valet collatio Episcopi de consensu electorum sine alia electione : *C. M. sur la Regle* 18. de infirmis resignantibus, *n. 6.*

Is qui haberet mandatum ad eligendum, non posset eligere nimis vilius : *ibidem*, n. 269.

Populus Urbis Romæ ad electionem Summorum Pontificum vocabatur; & hoc observatum est usque ad tempora Gregorii X. anno Domini 1276. quo tempore in Concilio Lugdunensi insti-

tutum est ut de cætero summorum Pontificum electiones ad solos Cardinales in conclavi conventos pertinerent, in forma ab eodem Concilio Lugdunensi, præscripta populi consensu non petito: *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 198.

Jure Decretorum & Decretalium Episcoporum & Abbatum electiones Ordinariis dabantur, non Summo Pontifici; sed jure concordatorum electionibus Regia successit nominatio; ideoque Beneficia quæ antiquitus electiva dicebantur propter electionem, hodie Consistoralia vocantur; quia in Consistorio publicatur Regis nominatio, & in Consistorio gratia ut plurimum fieri solet; *le même*, ibidem, *n.* 401. Et Regia nominatio ad Beneficia, ut favorabilis extenditur in Magno Regis Consilio ad prioratus Grandimontensis, & ad alia Beneficia, quæ à Rege Summo Pontifici præsentantur: *M. Loüet*, ibidem Nihilominus Abbas Grandimontensis ex Privilegio stabilito antiquo Concordato anni 1346. potest conferre quatuor Prioratus vacantes post electionem: notandum quod Prioratus hujus ordinis Conventuales facti sunt

& electivi per Joannem 22. anno 1323. sed cum hæc mutatio tolleret Abbati dispositionem liberam cellularum quæ in Monasteria erigebantur, per modum indemnitatis conventum est quod posset Abbas Grandomensis conferre quatuor Prioratus nonobstante electione; & hoc jus remansit post concordatum, quod Regi nominationem tribuit Prioratuum conventualium & verè electivorum; sed judicatum quod Abbas Grandimontensis non potest gravari Indulto Curiæ Parisiensis : *Vaillant*, Ibidem.

Duæ nominationes Regiæ eligendi privilegium extinguunt : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 401.

EMPEREUR DES ROMAINS.

Imperator Romanus in Regno Franciæ non habet territorium : *C. M. sur le Stile du Parlement*, *part.* 4. *chap.* 1.

Antiquior, plenior & dignior est autoritas nomen & potestas Regis quàm Imperatoris nomen Imperatoris est nomen Ducis subditi præscripta mandata habentis: *du Moulin dans ses Notes sur les Conseils de Decius*, *ad jus Pontificium*, in tit.

de Constitutionibus, in verbo *Imperator*.

ENONCIATION.

Verba enunciativa instrumenti non probant nisi ad effectum ejus quod principaliter agitur; secus si de ipso enunciato ad alium effectum; quia tunc solum semiplenè, vel præsumptivè; probat Ludovicus Romanus sing. 446. Hostiens. Anton. Panorm. Felin. hic; Alexand. Cons. 21. vol. 1. ubi in annot. dixi: *C. M. sur le ch.* 11. *aux Decretal.* de præsumpt.

Solemnitas extrinseca, quæ potuit adesse tempore confecti instrumenti, præsumitur, si exprimatur, nisi alias de contrario probetur; Felin. cap. sicut nobis, col. 2. *aux Decretal.* de re judic. adde Gemin. cons. 87. *C. M. sur le chap.* 6. *aux Decretal.* de his quæ fiunt à Prælatis.

Instrumentum referens seu enuncians non probat sine relato, quod est pars referentis: *C. M. sur la Regle* de Infirmis resignantibus, *n.* 143.

ERREUR.

Non pudeat errorem ſuum corrigere ; *honor eſt*, *non* ignominia, quod quis ſe corrigat potius quàm ab alio corrigatur, 35 q 9. Can. *Quod quis*, & cap. *Veniam*, & cap. ſequens, de elect. cap *Noſti*, de reſtitut. in integr. cap. *Ex litteris*; Cardin in cap. *Ab excommunicato*, col, 1. num. 8. extra de reſcriptis : *C. M. ſur le chap* 8. *aux Decretal.* de accuſation.

ETRANGERS.

Suivant la Conſtitution de Charles VII. de 1431. Alienigenæ Beneficia tenere non poſſunt : *& hæc conſtitutio facta eſt die* 10. *Martii Pictavis, ubi ſedebat Parlamentum* ; *Angli hanc Urbem occupantibus* : *adde gloſſam pragmaticæ ſanctionis in prœmio, verborum exteriorum*; *Guillemum Benedicti in cap.* Raynutius *verbo* uxorem nomine Adalaſiam, n. 1044. *de Teſtamentis*; *Conſtitutionem Ludovici anni* 1499. *& practicatur* : C. M. ſur le Stile du Parlement, part. 3. chap. 32. n. 1.

Aubanus id est exterus alibi natus, an Episcopus ei succedat Dicendum quod non in hoc regno quidquid dicant domini de Rota, tit. de Testam. in antiq. & Guillelmus Benedicti in cap. Raynutius, verbo, Uxorem nomine Adelaiam, n. 833. *C. M sur le Stile du Parlement, part. 5. q. 290.*

Peregrinis Beneficia in regno non conferuntur sine diplomate Regio: *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 44. Sed nota quod sufficit litteras, quas *de naturalite* vocant, obtinere pendente lite super Beneficio quod peregrinus seu alienigena obtinuit, & modò sint ante litis decisionem in Curia computorum registratæ, provisio convalescit; quia est impedimentum politicum, & non canonicum; & ideò Rex illud potest tollere: *Vaillant*, ibidem.

EVESQUE.

Olim Episcopi eligebantur à Clero & populo, remota omni personarum & munerum acceptione, propter vitæ meritum & sapientiæ donum, ut exemplis & verbo sibi subjectis prodesse valerent; quæ erat vere sanctissima &

christianissima constitutio : *C. M. sur la Coutume de Paris, au tit.* 1. des Fiefs, *n.* 26.

Jus investiendi Episcopos ad Francorum Reges in toto eorum regno pertinet, *C. M. sur la Coûtume de Paris, au tit.* 1. des Fiefs, *n.* 26.

Prælati Ecclesiæ, non domini, sed administratores rerum Ecclesiæ: *C. M. sur la Coutume de Par..., tit.* 1. des Fiefs, §. 3. *Glos.* 4. *n.* 19. Unde non possunt committere feudum Ecclesiæ, sed dum vivent, perdent fructus feudi, *ibidem.*

Episcopus nullam habet capturam nisi intra prætorium, vel nisi ut quilibet privatus potest flagranti delicto fugientem capere, ut judici reddat: *C. M. sur le* §. 9. *du chap.* 29. *du Stile du Parlement, part.* 1.

Episcopus non potest capere nisi intra suum prætorium, & adhuc ex concessione Regis, qui est dominus territorii, etiam in ipso templo, ut dixi in consuetudine Parisiensi §. 41. n. 65. & quod hic dicitur Episcopum posse capere Clericum extra claustrum palatii, intelligitur permissione Curiæ per invocationem brachii secularis; & tunc

[illegible] C. M. [illegible], part. 5. q. 216.

Episcopum Parisiensem non habere [illegible] Clerici in Villa Parisiensi sola virtute suæ Jurisdictionis, hoc est in[illegible]bitatum, & est textus in authentica [illegible] sanctiss. Episcopis, §. Si quis contra [illegible] col. 9. non obstant jura Cano[illegible] valent in præjudicium

temporalis jurisdictionis; Jordan. Bri. Rep. §. Contrahentes, col. 10. cap. 1. de foro competenti, in 6. permittitur tamen ei captura intra prætorium suum, duntaxat, infra, q. 363. *C. M. sur le Stile du Parlement, part.* 5. *q.* 276.

Litteræ Episcopi sunt authenticæ, & faciunt fidem : *C. M. sur le Canon* 6. *distinct.* 71.

Nomen Episcopi non facit Episcopum, sed opus vocationis & ministerium Verbi Dei : *C. M. sur le Canon* 19. *caus.* 2. *q.* 7.

Papa non debet Episcoporum & Ordinariorum jurisdictionem turbare : *C. M. sur le chap.* 6. *aux Decretal.* de præsumptionibus.

Episcopus non tenetur præferre citationem Papæ citationis sui Regis, si à Rege nocetur ex causa ex qua tenetur ei ob fidelitatis juramentum ; Panorm. Anthonius Corset, de potestate regia, q 92. Adde Ægidium Bellam, decis. 237. *C. M. sur le chap.* 19. *aux Decretal.* de appellat.

Episcopus est generalis Parochus : *C. M. sur le chap.* 13. *aux Decretal.* de Clerico ægrotante.

Dum Papa Prælatorum ordinariam

authoritatem minuit, suam auxit: *C. M. sur le chap. 16. aux Decretal.* de excessibus Prælatorum.

Capitulum non tenetur de pœna Episcopi qui deliquit, nisi Episcopus hoc fecerit in negotio communi & individuo cum capitulo, vel ex mandato capituli, vel ex consilio deliberato; & de hoc constat; alias non censentur deliquentes habere rationem unius corporis, sed quilibet per se principaliter censetur agere; quia ubi non est ordo, ibi est confusio: *C. M. sur le Traité de M. de Selve*, de Beneficio, *part. 2. q. 17. n. 5.*

Episcopus jure communi fundatur in libera collatione omnium Beneficiorum, quæ sunt in ejus Diœcesi: *C. M. sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n. 62.*

Munus Episcopi non est litigare, nec causas forenses audire, aut judicare, sed verbum Dei prædicare; *du Moulin dans ses Notes sur les conseils de Decius ad jus Pontificium*, cap. *ne innitaris*, extra, *de constitutionibus*, in verbo *præferri.*

EXCOMMUNICATION.

Et notat Abbas quod excommunicatus non poteſt proſequi populares actiones ; Joannes Andr. & totam hanc gloſſam ſequitur Parnormitanus hic ; Felin. hic ; *C. M. ſur le chap.* 19. *aux Decretal.* de Judiciis.

Collatio facta excommnnicato valet, ſi excommunicationis cauſa falſa eſt vel injuſta, vel ſi excommunicatus eſt abſolutus ad cautelam ; hoc enim ſufficit, *C. M. ſur le chap.* 7. *aux Decretal.* de Clerico excommunicato.

Cum certum eſt vel notorium de injſtitia vel iniquitate Sententiæ excommunicationis, tunc Sententia eſt ipſo jure nulla, ut tenet Panormitanus ; Felin. cap. *inter cæteras*, extra, *de re judicata* ; Parnormit. cap. *cum Apoſtolus*, extra, *de cenſibus* ; Ang. Clavas, verbo, *excommunicatio*, §. 12. Secus ſi non eſſet notorium, *C. M. ſur le chap.* 40. *aux Decretal.* de Sentent. Excommunic.

Exceptio excommunicationis non eſt recepta in foro ſæculari in Gallia, quia Eccleſiaſtici hujuſmodi exceptione abu-

tebantur, *C. M. sur le chap.* 1. *aux Decretal.* de exceptionibus, *in* 6.

In Francia non poteſt Excommunicari Collegium ſeu Univerſitas, ſed oportet ſingulos excommunicari, & de delicto ſingulorum ex quibus Collegium ſeu Univerſitas componitur, alias tanquam ab abuſu appellari poſſet, *C. M. ſur le chap.* 5. *aux Decretal. in* 6. de Sententia Excommunicationis.

EXEMPTION.

Exemptiones videntur mali exempli, *ſur le Canon* 54. *cauſ.* 16. *q.* 1.

Epiſcopi Ordinarii poſſunt culpas & exceſſus Clericorum, tam ſæcularium, quam regularium corrigere, *C. M. ſur le chap.* 1. *aux Clementines*, de Officio & poteſtate judicis ordinarii.

Sunt quidam exempti qui habent Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, excluſo Epiſcopo loci; Bonifacius de Vitalinis, *C. M. ſur le chap.* 1. *aux Clementines*, de Jure patronatus.

Licet exempti non ſint de Diœceſi Epiſcopi ordinarii, ſunt tamen in Diœceſi; Felin. in cap. *grave*, de Officio ordinarii: limita, niſi talis ſit exemptio

quæ etiam habeat ſuam Diœceſim & jura quaſi epiſcopalia, ut Eccleſia Sancti Martini Turonenſis, quæ quamvis ſit incluſa, tamen non eſt de Diœceſi, nec in Diœceſi Turonenſi; unde Canonici divi Martini Archiepiſcopum Turonenſem cum Cruce erectâ venientem expulerunt, & crucem fregerunt; nec alius Archiepiſcopus facere valuit quam eos interdicto *uti poſſidetis* convenire coram Judice ſæculari, prætextu quaſi poſſeſſionis, de quâ in hac Clementinâ; & adhuc lis pendet in Parlamento Pariſienſi; quod nota pro Abbate ſancti Dionyſii, & limitibus, *C. M. ſur le chap.* 1. *aux Clementines*, de privilegiis & exceſſibus Prælatorum.

Epiſcopi quoad ea quæ in exemptos exercent, exercent ſecundum Decreta ſacri Concilii Tridentini tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati; quia illius delegationis nunquam mentionem faciunt, & benè; quia hæc omnia eis poſſunt competere jure ſuo; & ubi ceſſat exceptio privilegii, poſſunt authoritate ordinaria procedere, *Vaillant ſur la Regle* de infirmis reſignantibus, *n.* 213.

Omnes exemptiones non ſunt abuſivæ; ideò Concilio Conſtantienſi, Seſ-

ſion. 43. ſtatutum eſt exemptiones Eccleſiis Cathedralibus, Monaſteriis, Capitulis, & aliis Eccleſiis conceſſas ab obitu Gregorii IX. circa annum Domini 1578. Sedem Apoſtolicam tenentis, annullari debere & rejici debere, & his exemptionibus non obſtantibus prædictas Eccleſias ordinariæ poteſtati ſubjici, licet judicio contradictorio fuiſſent confirmatæ, ſed eas exemptiones, quæ ante Gregorii IX. tempora conceſſæ fuerant ſuis viribus in ſuo ſtatu manere, nullumque eis præjudicium fieri: immo ipſa Tridentinæ Synodi conſtitutione Abbatibus ordinum primariis toleratæ ſunt exemtiones, *M. Loüet*, ibidem, *n.* 310.

EXPECTATIVES.

In expectativis, mandati ſola acceptatio non impedit quin Ordinarius poſſit conferre Beneficium alteri; quàm expectanti, ſed proviſio vel inhibitio executoris; ſufficiet tamen ſola inſinuatio vel denunciatio executoris, licet alias non inhibeat, ſeu Decretum apponat, *C.M. ſur le chap.* 1. de conceſſione præbendæ. in 6.

In

In expectativis regulariter debet acceptari primum Beneficium vacans ; & videtur modicum operari Beneficium acceptandi ; nam sicut sine eo debetur prima præbenda , & de prima intelligitur , cap. si *Clericus* , extra , de Præbendis ; ita & cum dicto Beneficio acceptandi ; sed operatur hoc quod potest , subsistente causâ , acceptari secundum , & ulterius , nisi esset terminus appositus , ut Clement. 1. de concess. Præbend. Philippus Franc. hic , *C. M. sur le chap.* 3. *aux Decretal. in* 6. de concess. præb.

In expectativis & mandatis quæ ad usque recipiuntur in Regno Franciæ , juxta Concordata Leonis X. & Francisc. i I. Litteræ expectativæ exhibendæ sunt Ordinario in manus ejus ligari possint ; ideò in , illius requiritur , utramque Bullam , tam gratiosam quam rigorosam , ut notant , insinuari & exhiberi Ordinario gravato ; nec sufficit alterum , & ita decisum per Arrestum Senatus Parisiensis , die 23. Decembris anno 1541. & sic confimata opinio mea quam semper tenui late propugnavi in annotat. ad Alexand. Cons. 97. lib. 5. *C. M. sur le chap.* 5. de concess. præbendæ.

Hoc videtur falſum quod valeat collatio Beneficii facta per Ordinarium infra menſem datum expectantibus, ſi expectans non acceptaverit, *C. M. ſur le Traité de M. de Selve*, de Beneficio, *part.* 3. *q.* 9. *n.* 3.

Licet verum ſit dicere Epiſcopum obligatum conferre Beneficium Clerico decepto ab expectativis ab ipſomet Epiſcopo, tamen poteſt iſte Epiſcopus nolle ei conferre, ſed alii; ideo videtur opus nova collatione, *ibidem*, *n.* 4. in fine.

Ut Collator ordinarius aſtringatur expectativis, debet tria ſaltem Beneficia habere ad collationem; & hoc non eſt dubium ſtante pragmatica; ſed ſtantibus Concordatis, ubi certis menſibus vacantia expectantibus, ſeu graduatis, debentur, adhuc dico idem quod menſibus illis vacantia ad collationem ejus qui non habet tria, ad collationem ejus, non debentur; quia deſignatio illorum menſium non eſt facta, niſi ad diſtributionem & liquidationem partis Beneficiorum ſpectantium ad collationem: ergo intelligitur infra tertiam partem, & ſic ubi ſunt tria Beneficia ad minus, *ibidem*, q. 11. n. 25.

Unio facta Beneficiorum in prejudicium gratiarum seu litterarum expectativarum, nullo modo valet, si reservatio, seu litteræ expectativæ præcesserint unionem, *ibidem*, n. 26.

Si Patronus gravatus litteris expectativis, consentiat mandatarium institui ab Episcopo, sese exonerat, *ibid.* n. 218.

Is qui habet litteras expectativas seu mandatum, refutetur à Collatore, vel Ordinario, potest adire Superiorem, *ibidem*, n. 220.

Si quis habens litteras expectativas seu mandatum impetret Beneficium jure ordinario sibi debitum, non ex litteris expectativis seu mandato, non potest hoc Beneficium illud deffendere in vim mandati, & nihilominus mandatum extinguitur, *ibidem*, n. 221.

Expectativæ locum habent in Britannia per octo menses, *ibidem*, n. 236.

Ordinarius neoferendo absenti mandatario seu litteras expectativas habenti, se se exonerat, *ibidem*, n. 253.

Ordinarius non potest gratificare mandatarium seu litteras expectativas habentem, contra formam mandati seu litterarum expectativarum, *ibid.* n. 255.

Hodie nulla sunt mandata seu litteræ

ſunt ad nominationem Regis, *ibid.* n. 401. Imo omnia Beneficia ſpectantia ad nominationem Regis, non vacant in Curia, niſi fortè per obitum naturalem, & hujuſmodi Beneficia non poſſunt reſignari ſine conſenſu Regis, etiamſi reſignatio foret in favorem, *ibidem*, n. 406. & 407.

In nominatione Regis ſpectanda & ſervanda eſt ejus voluntas, ſi plures ſimul nominati forent à Rege, *ibidem*; n. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414 415. & 416.

Expectantium ſpes ad vacatura Beneficia, jus nec in Beneficio nec ad Beneficium tribuit, nec præventionem Papæ impedit, *M. Loüet ſur la Regle* de infirmis reſignantibus, *n.* 238.

Gratiæ expectativæ quæ in ſpe conſiſtunt, concedentis morte, re integra, pereunt, *le même*, ibidem, *n.* 408.

FAUSSETE'.

DIc quod ob solam aperturam litterarum seu rescriptorum non punitur ut falsarius, is qui fecit; secus de eo qui ostendit adversario: *C. M. sur le chap.* 33. *aux Decretal.* de Offic. & potest judic. deleg.

Falsarius etiam Clericus, debet mori pro pœna criminis, quæ pœna renovata est in Francia, *C. M. sur le chap.* 1. *aux Decretal.* de falsis.

Falso diplomate utens, puniendus est, *C. M. sur le chap.* 29. de Præbendis. in *6.*

Passim ad falsa fabricanda audaces inveniuntur impuri hujusmodi Sacerdotes prætextu immunitatis Ecclesiasticæ, *C. M. sur la Preface de l'Edit de Henry II. contre les petites Dates, sur le mot* Fausses.

Immunitate Ecclesiastica debent Ecclesiastici privari, qui falsitates commiserunt, & hoc ob criminis atrocitatem, *ibidem.*

Falsum committens, Beneficium perdere debet, *C. M. sur la Regle* de Publicandis resignationibus, *n.* 352.

Aliud crimen falsi, aliud falsi suspicio, *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 144.

FICTION.

Fictio non trahitur retro contra tertium vel actus perfectos, *C. M. sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 144.

Fictio non debet esse potentior ad resolvendum quam ad confirmandum, *ibidem*, n. 153.

Fictio à lege introducta actum præsuponit verum, & ex juris præsumptione veritas inducitur, *M. Loüet sur la Regle* de Publicandis resignationibus, *n.* 155.

FILS.

Papa hodie passim vocat filios, Cardinales, & Episcopos, etiam de latere Legatos, ut vidi in Bullis directis Anthonii du Prat, & aliis, *C. M. sur le chap. 6. aux Decr.* de crimine falsi.

FORMALITE'.

Quotiescumque solemnitas à lege desideratur, ejus omissio actus nullitatem inducit, *M. Loüet sur la Regle* de Publicandis resignationibus, *n.* 157.

Ubi formalitas seu solemnitas actus determinata est à lege, non debemus ab ea recedere, *Vaillant*, ibidem, *n.* 259.

Minores non restitui possunt ex formæ seu solemnitatis in actu omissione; forma enim à lege præscripta ad unguem observanda est, *M. Loüet sur la Regle* de Annali possessore, *n.* 115. Cum forma à jure statuta est ad validitatem actus, debet servari, maximè in acquirendis, *Vaillant*, ibidem.

Defectus formalitatis, aut alia nullitas, quibus impugnabatur provisio possessoris defuncti, transeunt in successorem ejus qui habet jus in Beneficio aut ad Beneficium à defuncto; *M. Loüet*, ibidem, *n.* 16.

FORNICATION.

Clericus fornicator, licet notorius, non suspenditur ipso jure, sed debet prius

prius accedere admonitio, & intervenire Sententia suspensionis ; *C. M. sur le chap.* 4, *aux Decretal.* de cohabitat. Cleric.

FONDATION.

Non potest derogari statutis, & ordinationibus fundationum, quia nunquam tolluntur, sive apposita sint per Laïcos, sive per Clericos ; *C. M. sur le chap.* 4. *aux Extravagantes communes*, de electione.

Leges fundationum observandæ sunt, aliter posset tanquam ab abusu appellari; *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 58.

GRACE.

SOLO verbo fit gratia & perfecta est: *C. M. sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 207.

Omnes gratiæ quæ ad certa Beneficia vacatura, conceduntur, sive directè, sive indirectè, non admittuntur in Gallia, propter votum captandæ mortis : *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 100.

Non expressum in gratia reddit gratiam ambitiosam & odiosam, imo subreptitiam : *Du Moulin sur les Conseils de Decius ad jus Pontificium*, cap. *Cum accessissent*, extra, *de Constitutionibus*, in verbo *tamen*.

GRADUE.

In Graduatis & nominatis in Regno Franciæ, Papa meram præventionem tantum sibi reservavit ; ergo de ea prius constare oportet, quàm eis præjudicet ; *C. M. sur le chap.* 31. *aux Decretal. in* 6. de Præbendis.

Graduati nominati favorabiliores sunt mandatariis : *C. M. sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 3. Quin imo simplices Graduati favorabiliores sunt mandatariis, *n.* 113. & 114.

In dubio Graduati, seu simplices, seu nominati, præferendi sunt : *ibidem*, n. 135.

Collatio facta tanquam Graduato insinuato & legitimè qualificato, non limitatur ad illam causam necessariam, quando alias ex forma collationis apparet quod non potest eo modo valere : *ibidem*, n. 265.

Graduati nominati sunt favorabiliores mandatariis : *ibidem*, n. 272.

Si collatio facta sit Graduato nominato die 2. Januarii, valebit ; & si intra sex menses vacationis antiquior sese offerat nominatus, collatio ei facta, vera & legitima erit, & primam dissolvet : *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 83.

Graduati sunt socii, & ita unus pro omnibus agere censetur : *Vaillant*, ibidem.

Jus Graduatorum tantum locum habet in vacatione Beneficiorum per obitum : *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 110.

Non video cur Graduati conquerantur quod pluralitas Beneficiorum, scilicet compatibilium, toleretur in Clericis non graduatis, & de resignationibus, cum lex quæ eorum expectativas introduxit, sit mere gratiosa; nam licet eo modo ad studendum invitentur, tamen omnes Clerici sponte deberent studere; & sic cum eorum expectativa limitata sit in solo casu mortis, sufficit quod is modus vacationis per puram & simplicem, aut aliam in favorem resignationem excludatur: *Vaillant sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 126.

Quæcumque Beneficia obtenta à graduatis sive in vim graduum, sive alioquocumque titulo, computantur in repletione Graduatorum, & censentur Graduati esse repleti si possideant unum vel plura Beneficia, reditus 400 librarum: *M. Loüet sur la Regle* de Infirmis resignantibus, *n.* 134.

Beneficia in vim gradus obtenta, ejurata cum retentione pensionis, computantur in repletione Graduati: *M. Loüet* & *Vaillant*, ibidem.

Cessant in Britannia Graduati tam simplices quam nominati; & Mandatarii

Apostolici : *M. Loüet* , Ibidem , *n.* 237.

Provisio ordinarii , etiamsi veniat annulanda , conservat, jus Graduatorum & aliorum nominatorum , & impedit præventionem Papæ : *le même* , ibidem , *n.* 244.

Non tenetur Graduatus , aut alius nominatus requirere Beneficium vacans ; & sic ejus negligentia ei nonobstat : & semper potest requirere aliud Beneficium donec nominatio sortita fuerit effectum ; & erat Loüetius in eo loco contrarium asserens : *Vaillant* , ibidem , *n.* 245.

Ex mutatione Ordinarii cui insinuatio facta est Graduum , non est reiteranda insinuatio : *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus , *n.* 245.

Duobus Beneficiis simul uno eodemque tempore vacantibus , electio debet esse Collatoris gravati , non Graduati vel nominati ; & sic cum Collator sit gravatus , poterit se exonerare offerendo Beneficium quod voluerit , modo sit valoris 600. librarum , respectu nominatorum in vim indulti Curiæ Parisiensis , & 400. librarum , si sit Graduatus nominatus , vel simplex ; regulares aut

tem Graduati quolibet Beneficio, replentur, etiamsi Beneficium sit valoris minoris quam 400. librarum: *M. Loüet & Vaillant*, ibidem, *n.* 249.

In Graduatorum provisionibus Graduati qualitas essentialis & neglecta, vitiat Provisionem: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 254.

Verum si Collator inferat clausulam *aut alias capaci & idoneo*, provisio jure ordinario vires habebit, licet aliundè Graduatus non sit debitè qualificatus, modò non concurrat alius graduatus qualificatus: *Vaillant*, ibidem.

Non tenetur Graduatus aut alius nominatus requirere Beneficium vacans, nisi velit; quia est gratia ei concessa quâ debet uti liberè: sed ubi semel requisivit Beneficium, non potest amplius repudiare; & si aliquam pactionem inierit cum aliquo colligente, tunc ei imputatur, in repletionem Indulti; & in hoc fallitur Loüetius: *Vaillant*, ibidem, *n.* 255.

Ante notificationem Graduum non obligantur ordinarii: *Loüet*, ibidem, *n.* 256.

In insinuatione Mandati, insinuationis, non Mandati, data attenditur: *le*

même, ibidem, *n.* 256. errat Loüetius in hoc, nam praxis magni Consilii est in contrarium, & nunquam præfertur posterior in data litterarum, qui prior insinuavit; sed semper attenditur data litterarum; & ita judicatum est in magno Regis Consilio: *Vaillant*, ibidem.

Benedictinus indiferenter in vim Graduum, aut Indulti Curiæ Parisiensis, potest nominari super omnia Beneficia Ordinis beati Benedicti; quia militat sub eadem regula; & ita practicatur, quidquid dicat Loüetius in contrarium, & ejus opinio in hoc non mihi placet: *Vaillant*, ibidem, *n.* 262.

Si Sæculari graduato ad regularia Beneficia obtinenda legitimè à Sede Apostolicâ dispensato regulare sit collatum Beneficium, nulla erit collatio conquerente regulari: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 264. Hæc opinio non est secura, quia Beneficia semper debent conferri Graduatis; & ita statuitur lege Concordatorum, contra quam nulla dispensatio legitima, *Vaillant*, ibidem.

Graduatus potest ex dispensatione duo Beneficia sub eodem tecto possidere:

M. Louet, ibidem, *n.* 264. Quia illud impedimentum est tantum Canonicum, & potest ex dispensatione Papæ tolli, & non afficit personam: *Vaillant*, ibidem.

Litteræ Graduum, & nominationum, & mandata & gratiæ, Ordinariis Collatoribus non notificata aut non insinuata, pereunt cum concedente, etiamsi concedens, esset Summus Pontifex, vel Rex; Secus post notificationem vel insinuationem: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 266. Contrarium judicatum in magno Regis Consilio, ubi nominatio facta, & non insinuata Episcopo Lexoviensi ante mortem Officiarii qui nominaverat, judicata fuit valida: *Vaillant*, ibidem.

Requiritur speciale Mandatum ad requirendum & acceptandum Beneficium virtute Graduum, & nominationis; & ita dicendum ad adipiscendam possessionem ejusdem Beneficii: *M. Loüet*. ibid. *n.* 268. Quoad Beneficii possessionem non requiritur speciale Mandatum; generale sufficit: *Vaillant*, ibidem.

Graduatus, simplex, vel nominatus, non potest impleri in vim gradus, Beneficio minoris valoris quam 400. Floren. auri de Camera: *M. Loüet*, ibid.

n. 272. Ex Edicto anni 1606. sufficit ad replendum Graduatum quod possideat Beneficium valoris 400 librarum in vim gradus : *Vaillant*, ibidem.

Qualitas Doctoris aut Baccalaurei est de essentia collationis respectu Graduatorum, & à lege desideratur ; *M. Loüet*, ibidem, *n.* 280. Ex his verbis videtur quod gradus re quiritur tempore provisionis : *Vaillant*, ibidem.

Existimo, quidquid dicat hic dominus Loüetius, quod Graduatus possit ex Indulto Cardinalis excipere in suum favorem ; quia varii possunt contingere casus in quibus illius interesset resignationem admissam, scilicet si nulli essent Graduati debitè qualificati, posset conferre liberè ; adde quod interest semper Cardinalis, ut exoneretur à Graduatis ; & opinio Loüetii in contrarium numquam fuit in Prætoriano Consilio, ut vocant, approbata ; *le même*, ibidem, *n.* 322.

Graduati, nominati à Senatoribus Curiæ Parisiensis, & Mandatarii, intra sex menses requirere possunt, & debent sub pœna privationis Juris sui pro hac vice : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 441.

Poteſt quidem Summus Pontifex regulæ de infirmis reſignantibus derogare in necem expectantium, ſive Graduatorum mandatariorum, aut nominatorum à Senatoribus cum eos omnes poſſit prævenire, ac non idem licet Legato, etiam à latere, imo & non poteſt hujuſmodi expectantes prævenire : *le même*, ibidem, *n.* 445.

Hodie Legati poſſunt prævenire Graduatos & nominatos à Curia, ſi hanc facultatem habeant : *Vaillant*, ibidem.

Jure Concordatorum ſpecialis quædam ordinariis Collatoribus eſt conceſſa poteſtas eligendi quem ex Graduatis ſimplicibus voluerint ad Beneficia menſibus Graduatis reſervatis vacantia ; ſed non poſſimt conferre niſi Graduatis, ſed ſi ſint Graduati nominati, & requiſierint intra ſex menſes à die vacationis, Collatores ordinarii non habent eligendi poteſtatem ; tenentur enim Graduato nominato conferre : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 449. & 451. Praxis eſt magni Conſilii quod tunc Beneficium, debetur, antiquiori ; quia fit reditus ad jus commune ; quia antiquitus Beneficia conferebantur per Patronum antiquiori Graduato ; & jus gratificationis reſpicit com-

modum solius Collatoris, quo cessante jus Graduatorum debet spectari secundum quod antiquiori debetur Beneficium vacans : *Vaillant*, ibidem, *n.* 451.

Graduatorum requisitio jus in Beneficio tribuit : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 451. Judicatum in Senatu Parisiensi quod requisitio Graduati debebat prævalere provisioni factæ eadem die in Curiâ Romanâ, non obstante capitulo *si à sede*, de Præbendis, in 6. *Vaillant*, ibidem..

Graduati, nominati aut alii mandatarii possunt tantum requirere Beneficia vacantia per mortem naturalem, non verò si vacarent per mortem civilem, putà per professionem expressam religionis, per matrimonium, aut aliud mortis civilis genus : *M. Loüet sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 106.

Beneficium resignatum purè & simpliciter in manibus ordinarii Episcopi, non subjicitur Graduatis aut aliis nominatis & expectantibus, per hujusmodi vacationem ; sola enim Beneficia vacantia per obitum cadunt, in hujusmodi litteras expectativas : *le même*, ibidem, *n.* 330.

Si collatio pertineat alternatim ad duos Collatores, ubi duo gravantur litteris Graduatorum, nominatorum à Senatu Parisiensi, aut aliorum expectantium, debet eis nominatio intimari: *Vaillant*, ibidem, *n.* 445.

HERESIE.

HÆRESIS est deviatio à fide: *C. M. sur la Coûtume de Paris, tit.* 1. des Fiefs, §. 43. *Glos.* 1. *n.* 154.

Si Hæreticus fuerit recorporatus unitati Ecclesiæ, etiam post Sententiam condemnationis, hæredes non perderent bona ejus, ut vult glossa hic, juncto textu; ita videtur tenere Joan. Andr. hic, Philipp. Franc. *C. M. sur le ch.* 8. *aux Decretal. in* 6. de Hæreticis.

HERITIER.

Filii instituendi sunt hæredes Jure Canonico, ut Jure Civili; & benè secundùm omnes hic, & Alexander Cons. 70. lib. 3. num. 6. *C. M. sur le chap.* 16. *aux Decretal.* de Testam.

HOSPITAL.

Hospitale privatum profanum non subest jurisdictioni Episcopi, nisi ex con-

sensu fundatoris : *C. M sur le chap.* 8. *aux Decretal.* de donationibus; secus si hospitale sit Religiosum, id est authoritate Episcopi constitutum; alias non habet Episcopus intentionem fundatam, ut dixi in annotationibus ad Alexandrum, consf. 120 col. 2. lib. 1. & ad Philip. Decium, consf. 121. col. 1. adhuc in Regno Franciæ cognitio est judicis Regii, vel magni Eleemosynarii Regis: *C. M. sur le chap.* 3. *aux Decretal.* de Religiosis domibus.

Hospitale vel præstimonium permutari non potest cum Beneficio titulato, ut tenet Petrus Ancharan. hic, & cap. final. extra, de rerum permutt. Ferer. de Senis, tract. de permut. q. 14. & bene. *C. M. sur le chap.* unique in 6. de rerum permut.

In hospitalibus de jure non fit devolutio, cum hospitalia non sint Beneficia, Cardin. hic, Cald. consf. unico, *de supplenda negligentia Prælatorum*; sed tamen de facto servatur locum esse devolutioni : *C. M. sur le chap.* 1. *aux Clementines*, de Religiosis domibus.

Hospitalia possunt etiam committi mulieribus, *ibidem.*

Hospitalia non sunt electiva; quia

non sunt tituli Beneficiorum, & quod Beneficium non est propriè electivum, nisi sit simul confirmativum, *ibidem*. Ideò per Rectores administrari debent hospitalia, quæ sint amovibiles, *ibidem*.

Legatus à latere non potest conferre hospitalia, nec committere eorum administrationem : *C. M. sur le Traité de M. de Selve*, de Beneficio, *part.* 3. *q.* 63. *n.* 2.

Quamvis Regum constitutionibus reditus hospitalium, leprosariarum, elemosynariarum, & nosocomiorum, per Commissarios regi & administrari possint, & in pauperum alimoniis erogari debeant, quoad hospitalia magnarum civitatum, tamen hospitalia, leprosariæ, elemosynariæ & nosocomiæ in Beneficii titulum aliquando conferuntur per Collatores ordinarios; idcircò Francisci Primi Constitutione in Senatu Parisiensi verificata 23. Maii 1545. eorum damnatur opinio, qui existimabant hæc omnia in titulum Beneficii conferri, nec inter Beneficia annumerari posse : *M. Loüet sur la Regle* de Infirmis resignantibus, *n.* 321.

INDULT.

INDULTA Curiæ Parisiensis præferuntur indultis Cardinalium, ita ut Papâ Legatus à latere non possint derogare regulæ *de viginti diebus*, in præjudicium hujusmodi indultorium : *C. M. sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. *&* 231.

Pluribus Beneficiis simul vacantibus, non est electio nominati, Curiæ Parisiensis, sed Collatoris gravati, dummodò Collaror ordinarius, gravatus, non det Beneficium minori valore ducentarum librarum : *ibidem*, n. 249.

Indultum Curiæ Parisiensis extenditur ad Ordinarios exteros pro Beneficiis in regno sitis : *ibidem*, *n.* 281.

Hodie Senatores Curiæ Parisiensis possunt suis Indultis nominare Clericos Sæculares ad obtinenda Beneficia commendari solita : *Vaillant sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 29.

Post omologationem Indultorum à

Curiâ Romanâ concessorum, & post eorumdem, & in supremo Senatu approbationem & verificationem, certum est Summum Pontificem his indultis derogare nullomodo posse; alias appellari posset tanquam ab abusu: *M. Loüet sur la Regle de infirmis resignantibus*, *n.* 187.

Notissimum est hodie nominatos à Senatoribus Curiæ Parisiensis Graduatis præferri in concurrentia Beneficiorum; *le même*, ibidem, *n.* 201. & 229.

Collatores ordinarii virtute Indulti Senatoribus Curiæ Parlamenti Parisiensis uno indulto tantum onerantur; *le même*, ibidem, *n.* 211. Collatores ordinarii non possunt gravari nisi unâ nominatione in vim Indulti Senatorum Parisiensium: *Vaillant*, ibidem.

Multoties & in Prætoriano Regis Consilio & in aliis Franciæ tribunalibus summis judicatum derogationem ad regulam de 20. diebus nullam & abusivam, factam in præjudicium indulti Cardinalis; & hodie indulta clausulam continent talem derogationem annullantem: *M. Loüet*, *sur la Regle de infirmis resignantibus*, *n.* 212.

Hodie in vim Indulti Clementis IX.

Cardinales non tenentur nominationibus Curiæ Parisiensis, & illud Privilegium confirmavit: Rex Christianissimus specialiter cuilibet Cardinali per Litteras Patentes, quæ sine ulla Senatus Parisiensis contradictione, in quo Senatus jus suum neglexisse videtur; quia multæ possent in contrarium rationes adduci: *Vaillant*, ibidem, *n.* 219.

Hodie in vim Indulti nominati à Senatoribus Parisiensibus, non tenentur acceptare nisi Beneficium valoris sexcentarum librarum; & etiam non tenentur acceptare Ecclesias Parochiales: *le même*, ibidem, *n.* 228. *&* 229.

Executores Indultorum Senatorum Parisiensium est Cancellarius Ecclesiæ Parisiensis: *M. Loüet*, *n.* 232. Hodie executores Indulti alii designati sunt: à Clemente nono, scilicet major Archidiaconus Ecclesiæ Parisiensis, Abbas sancti Dionysii, & Abbas sancti Germani à Pratis: *Vaillant*, ibidem, *n.* 232.

Indulta Senatorum Curiæ Parisiensis habent locum in Britannia: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 137.

Collatores enim Beneficiorum in Britannia sitorum, sunt Collatores

Regni ; & hoc Indultum est favorabile : in Britannia ordinarius in vim Edicti Regii hic laudati : sed nunquam venit in dubium quod nominatus, in Curia possit quodlibet anni mense obtinere Beneficia ; quia certum quod in quocunque mense vacent Beneficia, debentur Curiæ Indultariis ; quia hac nominatione astringuntur omnes Collatores ; & Papa in suis mensibus est Collator Regni : id judicatum in magno Regis Consilio : *Vaillant*, ibidem.

Indulta Curiæ Parisiensis omnes omnino Collatores Regni afficiunt : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 239. Hoc Statutum Edicto speciali Henrici II. anni 1558. *le même*, ibidem.

Potest validè Senator Parisiensis in vim Indulti nominare post Regis nominationem, immò ante Bullarum expeditionem : judicarunt Prætoriani Judices requisitionem posse fieri cum effectu, & nominatum posse adire executores Indulti, & ab iis Provisiones obtinere : *le même*, ibidem, *n.* 242.

Semel in vita onerantur ordinarii Collatores Indulto Curiæ Parisiensis : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 245.

Abbas qui indulto Curiæ Parisiensis

ſemel oneratus eſt, non poteſt iterum gravari, licet ad Epiſcopatum vel Cardinalatum promoveatur, ſicuti is qui ſemel gravatus fuit, deinde reſignavit, & poſtea idem Beneficium indulto oneratum recuperavit, nova nominatione gravari non poteſt, puta ſi permutatio, aut reſignatio, aut demiſſio Beneficii reſoluta eſt, & nulla ſit declarata: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 247.

Nominatio Indultarii Senatus Pariſienſis facta ſede Abbatiali vacante, nulla eſt; quia non poteſt fieri niſi Collatori, aut ſaltem antequam Collator deſignatus fuerit per Regis nominationem: ſed ſi Abbatia gravata ſit antiqua nominatione, verum eſt quod ſede Abbatiali vacante poſſit Indultum exonerari; ſed non impedit quin iterum novus Collator poſſit nova nominatione gravari; & ita practicatur in magno Regis Conſilio. *Vaillant*, ibidem: *n.* 248.

Ante notificationem Indulti non obligantur ordinarii collatores; *M. Loüet*, ibidem, *n.* 256.

Anno 1539. Senatui Pariſienſi conceſſa ſunt Indulta; & hocce tempore Mandata Apoſtolica ſepulta ſunt moribus noſtris; *le même*, ibidem, *n.* 261.

Nominati Curiæ Parisiensis in vim Indulti ad Beneficia in regno situata jus habent : *le même*, ibidem, *n.* 281. Nota quod Collator extraneus possit gravari ratione Beneficiorum quæ possidet in Gallia ; quia eo modo censendus est Collator regni ; sed non tenetur conferre Benficia extra regnum situata, nec Collator regni teneretur : *Vaillant*, ibidem.

Praxis de qua loquitur dominus Loüetius hic, tanquam abusiva correcta fuit Arresto magni Consilii in causâ Indulti domini *de Moricq* anno 1648. & Statutum deinceps Senatores nullum jus habituros ad cogendum nominatos ejurare Beneficia in favorem personæ à Senatore designatæ ; hoc enim erat abusivum : *le même*, ibidem, *n.* 304.

A Senatoribus Curiæ Parisiensis nominati in vim Indulti contra Collatores sua jura exercere non possunt, nisi collatores habeant decem Beneficia in dispositione ; & ita multoties judicatum : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 432.

INJURE.

In injuriis prolatis principaliter atten-

ditur animus ejus qui protulit. *C. M. sur le Canon* 19. *caus.* 2. *q.* 7.

INQUISITION.

Inquisitiones hæreticæ pravitatis non habet locum in Regno Franciæ, ubi Reges per sua Edicta modò ad judices sæculares duntaxat, partim ad Ecclesiasticos & sæculares hujus rei cognitionem pro arbitrio commiserunt : *C. M. sur le chap.* 9. *aux Decretal. in* 6. de Hæreticis.

INSTITUTION.

Institutio versatur principaliter circa capacitatem & idoneitatem præsentati, de quibus Prælatus potest & debet inquirere, & si non sint alii Jus prætendentes ; & hoc non solum in electione, sed & in præsentatione servandum est : *C. M. sur la Coûtume de Paris, tit.* 1. *des Fiefs*, §. 55. *Glos.* 10. *n.* 26.

Institutio authorisabilis ad curam animarum semper spectat ad Episcopum ; Philip. Franc. hic, & in cap. 1. column. 2. *aux Decretal.* in 6. de ver-

bor signific. *C. M. sur le chap.* unique de Capellis Monachorum. in *6.*

Capitulum sede Episcopali vacante potest instituere, sed non potest conferre Beneficia ad Episcopi collationem seu præsentationem spectantia, cap. 1. de Institutionibus, eodem : *C. M. sur le Titre* de Regulis Juris, in *6.* reg. 11.

Plus Juris habet Episcopus in institutione, quàm patronus in præsentatione : *C. M. sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 74. 215. *&* 329.

INTRUS.

Qui sine titulo se intrudit in Beneficium viventis, efficitur inhabilis quamvis justam causam putativæ vacationis haberet : *C M. sur la Regle* de verissimili notitia, *n.* 19.

JOUR.

Teneo secundum proprium & naturalem sensum, quod dies est Sole orto, licet forte non luceat propter nubem ; *C. M. sur le Traité de M. de Selve*, de Beneficio, *part.* 3. *q.* 18. *n.* 22. in fine.

In Regula *de infirmis resignantibus* viginti dies, à die consensus in resignatione præstiti, tantum incipiunt : *C. M. sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 11.

Inter diem datæ, & præstiti consensus in computatione temporis à quo viginti dies computantur in Regula *de infirmis resignantibus*, nulla est differentia: *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 16.

Regula de viginti diebus non habet locum in ordinariis: *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 22. *&* 86.

Regulæ de viginti diebus Papa potest derogare, exceptis Cardinalibus, contra quos hujusmodi derogatio non valeret per compactum in Conclavi factum : *le même* : ibidem, *n.* 16. *&* 103. Conquerendum esset de judicibus, qui hanc derogationem quæ fieri potest à Papa regulæ *de viginti diebus*, & de stilo ita necessariam, inducant, ut illam, si omissa esset casu aut alias, supplerent ; & ista praxis habet motiva æquitatis : *Vaillant*, ibidem, *n.* 127.

Regula *de viginti diebus* non habet locum in Beneficiis in Curia Romana vacantibus

vacantibus per obitum, aut in patria obedientiæ, ut in Britannia, in octo mensibus Sedi Apostolicæ reservatis: *M. Louet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 127.

Papa, & Legatus, si hanc facultatem habeat, possunt derogare regulæ *de viginti diebus* in necem expectantium: *Vaillant*, ibidem, *n.* 130.

Sive Graduatorum, sive à Senatoribus nominatorum: *M. Lòüet*, ibidem.

Dies termini non computatur in termino: *M. Lòüet* & *Vaillant*, ibidem, *n.* 327.

Rex non astringitur regulæ de viginti diebus: *le même*, ibidem, *n.* 409.

Septimus dies pro legitimo termino statutus est in casu de verissimili notitia ad computandam cursus possibilitatem, à civitate Parisiensi Romam, & quintus à civitate Lugdunensi: *le même sur la Regle* de verissimili notitia, *n.* 27.

Id intellige cum limitatione, putà si appareat per instrumenta authentica de expeditione Cursoris ordinarii: *Vaillant*, ibidem.

IRREGULIER.

Irregularitas impedit quod irregularis possit provideri de Beneficio, sed non privat Beneficio adepto : *M. Loüet, sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 397.

JURISDICTION.

Non potest prorogari Jurisdictio de persona ad personam, sed bene de re ad rem; Panorm. *C. M. sur le ch.* 35. *aux Decretal.* de rescriptis.

In citandis sub clausula, delegatus non habet Jurisdictionem nisi personæ expressione facta, cap. Pastoralis, §. final. supra eod. ideòque si talis tempore datæ rescripti vivens moriatur ante expressionem, corruet rescriptum, quantum ad eum, secus in eo qui expressus est in rescripto; quia statim rescriptum vires habuit in ejus personam; ideò ad & contra successorem universalem transit; Panorm. hic. Joannes Andræas in mercurialibus; is qui in Jus de Reg. juris in 6. Item per clausulam generalem poterit nomine Eclesiæ conveniri is qui, factus est prælatus post datam rescripti.

quia non dicitur proprie, conveniri persona prælati; Innocent. Com post. hic; Joannes Andræas: *C. M. sur le chap. 36. aux Decretal.* de rescriptis.

Defectus Jurisdictionis, reddit judicium nullum ipso jure: *C. M. sur le ch. 32. aux Decretal.* de Offic. & potest. judic. deleg.

Prorogatio Jurisdictionis de persona ad personam, *non est prorogatio hominis, sed legis; imò verius non est prorogatio, sed tacitè inest; item de personis eidem negotio connexis; Panorm. Felin. hic, Cynus, Baldus leg. si quis ex consensu, Cod. de Episc. Aud.* C. M. sur le chap. 40. aux Decretal. *de Offic. & potest. judic. deleg.*

Judex qui procedit contentiose extra suam Jurisdictionem, nihil agit; secus si sine causæ cognitione, quia tenet licet male faciat & quæ expediuntur sine causæ cognitione, possunt exerceri extra territorium, alias non: *C. M. sur le ch. 7. aux Decretal.* de Offic. legat.

Judex inferior non potest multiplicare gradus Jurisdictionis, ut dixi in consuetud. Paris. §. 10. num. 25. *C. M. sur le chap. 4. aux Decretal.* de foro competenti, *ibidem.*

Dicendum est de dominis temporalibus, sive Ecclesiasticis, sive secularibus; laïci enim non possunt sibi multiplicare gradus jurisdictionis, *ibidem.*

In Regno Franciæ forum rei adhuc judicem secularem spectat; prima cognitio, prehensio, interrogatio, & provisionis necessariæ adjudicatio, etiam in Clericos, ut deinde, nisi in casibus exceptis remittat ad forum Ecclesiæ: *C. M. sur le chap.* 8. *aux Decretal.* de foro competenti.

Judicis sæcularis est capere Clericos criminisos, ad quem in suo territorio prima cognitio & prehensio personæ, spectat, ut etiam in Regno Franciæ notoriè practicatur: *C. M. sur le chap.* 35. *aux Decretal.* de Sentent. excommunic.

Ad probandam jurisdictionem consensus partium nihil operatur: *C. M. sur le chap.* 11. de Rescriptis, in 6. *& sur le chap.* 1. *aux Decretal. in* 6. de foro competenti.

Ecclesiastici jurisdictionem contentiosam quam habent ratione Beneficii, sive ratione sui patrimonii, non possunt personaliter exercere; & secundum constitutionem Regni debent exer-

citium laïcis committere : *C. M. sur le chap. 3. aux Decretal. in 6.* ne Clerici vel Monachi sæcularibus negotiis se immisceant.

Domini temporales, sive Ecclesiastici, sive Laïci, non possunt sibi multiplicare Gradus jurisdictionis, ut dixi in consuetud. Paris. §. 10. num. 25. & ad Philipp. Decium cap. *Prudentiam*, extra, de Offic. delegat. *C. M. sur le chap.* unique, *aux Decretal. in 6.* de dispensatione impuberum.

Facultatis cognitio de portandis vel non portandis armis spectat ad potestatem sæcularem, ut dixi in annotationibus ad Philipp. Decium, cap. significasti, de Offic. deleg. cap. *Cum non ab homine*, num. 9. extra, de Judiciis : *C. M. sur le chap. 9. aux Decretal.* de Hæreticis.

Cognitio criminis hæresis spectat ad Judicem sæcularem : *C. M. sur le chap. 18. aux Decretal. in 6.* de Hæreticis.

Soli judices Regii cognoscunt de Beneficiis Ecclesiasticis in prima instantia, non autem Judices Curiarum Dominicarum possunt cognoscere de possessorio Beneficiorum; quia Rex in regno suo supremus Dominus & Judex est

omnium possessionum & judiciorum possessoriorum, sive adipiscendæ, sive retinendæ, sive recuperandæ possessionis; & in hoc utitur Jure suo proprio : *C. M. sur l'article* 1. *de l'Edit de Henry II.* contra parvas datas, *sur le mot* Juges.

Actio personalis inter personas Ecclesiasticas pro Concordati observatione, Jurisdictionis ecclesiasticæ est, non sæcularis ; *M. Loüet sur la Regle* de Publicandis resignationibus, *n.* 295. Si Concordatum factum fuerit super lite motâ coram judicibus Regiis, de ejus executione debent iidem judices Regii cognoscere ; antiquitus enim lis non finiebatur inter partes nisi fuisset Concordatum omologatum coram judicibus apud quos lis pendebat : *Vaillant*, ibid.

Judices Ecclesiastici semper tenentur legibus regni : *le même*, ibid. *n.* 384.

JUGE CONSERVATEUR DES PRIVILEGES DES UNIVERSITEZ.

Judex ille speciali Regis Privilegio cognoscit de actione personali contra Laïcos : *C. M. sur le Stile du Parlement*, *part.* 5. *q.* 52.

Ex Privilegio Regio data est potestas dicto conservatori & Ecclesiastico, cognoscendi de actione merè personali contra laïcos : *C. M. sur le Stile du Parlement, part. 5. q. 389.*

Judex conservator Privilegiorum Universitatum, potest cognoscere de actionibus merè personalibus Laïcorum : *C. M. sur l'article* 1. *de l'Ordonnance de* 1539.

Judices conservatores Universitatum Galliæ, ad se trahunt jusque ad quatuor diætas, sed non extra Diœcesim in qua est Universitas ; sed conservatores Regii per totum Parlamentum trahunt : *C. M. sur le chap.* 11. de Rescriptis in 6°.

JUGE.

Dic quod, Judex ordinarius non repellitur ob crimen, secundum Panormitanum, hic ; nisi crimen contigerit causam ; Anthon. Panorm. cap. *Super litteris*, de rescriptis, Stephan. Aufret. tract. *de recusationib.* versic. 81. *C. M. sur le chap.* 24. *aux Decretal.* de accusationib.

Nota quod judices Ecclesiastici tenentur servare leges regni, & abusum

committunt quoties eas non servant : *Vaillant sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 279.

Si Judices aut alii Officiales fuissent instituti à præsule, aut alio ecclesiastico Beneficiario in remunerationem servitiorum benemeritorum, successor non posset eos destituere nuda voluntate; eoque magis quod constitutione Caroli V I I. concedatur destitutio Judicum & Officialium, tam regiæ jurisdictionis, quam jurisdictionis Dominicæ, Ecclesiasticæ aut laïcæ, tantum in tribus casibus, per resignationem, delictum & mortem, antequàm constitutionem omnes dominorum temporalium Officiales, ut & Regum, ad nutum destitui poterant : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 390.

Hodiè non sufficit respectu Ecclesiasticorum quod provisiones faciant mentionem benemeritorum, sed quoad successores requiritur probatio per instrumenta authentica ; & requiritur etiam quod servitia respiciant utilitatem Ecclesiæ ; alioquin successor jure suo potest uti ; tutius est nullam destitutionis causam adjicere ; alioquin si fiat cum aliquâ notâ, poterit appellari tanquàm ab abusu : *Vaillant*, ibidem.

Judices debent judicare ſecundùm allegata & probata ; de his enim quæ non apparent , & quæ non ſunt , idem judicium : *M. Loüet* , ibidem , *n. 396.*

☞ Judices Eccleſiaſtici juriſdictionem ſuam exercent in Regno ſub authoritate Regis , à quo illius exercitium mutuantur ; & ſic tenentur legibus Regni ; & in hoc fallitur Loüetius aſſerens Judicem Eccleſiaſticum ſuis legibus judicare : *Vaillant* , ibidem.

LEGAT.

IN Gallia mandatum Legati Papæ, multò magis præstringitur ; quia per Senatus-consulta prohibetur plures, quantumque generales, Vicarios ponere, nec toleratum fuit, nisi unicum tantum Cancellariæ regentem ponat, quo videlicet minus prævenire & turbare queat ordinarios : *C. M. sur le chapitre* 4. de Offic. legat. in 6°.

Legatus non est Ordinarius pendente legatione, nec minus exorbitans & restringendus est quam Papa : *C. M. sur le chap.* 5. *aux Decretal. in* 6. ibidem.

Legatus potest dispensare de Regula *de infirmis resignantibus*, nedum in sua, sed etiam in ordinarii collatione ; *C. M. sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 28.

Legati à latere potestas limitatur in Regno Franciæ, nec Legatus à latere potest prævenire Ordinarios nisi per vulgares diætas : *ibidem*, n. 139. & 140.

Quotiescumque Legatus aliquid facit ultra facultates datas vel receptas, in Regno, licet appellare tanquam ab abusu : *ibidem*, *n.* 186-204. & 425.

Legatus, etiam de latere, non habet potestatem Beneficia conferendi nisi ut delegatus : *ibidem*, n. 190. 193. & 197.

Legatus non potest subdelegare ad conferenda Beneficia : *ibidem*, n. 192.

Papa non habet potestatem mittendi Legatum in Regnum Franciæ sine permissu Regis : *ibidem*, n. 198.

Legatus non potest conferre Graduatis ; quia non potest tollere gratificationem Ordinariorum, quam non habet : *ibidem*, n. 449.

Legatus non potest uti præventione in præjudicium nominatorum vel Graduatorum ; hoc reservatur Papæ : *ibidem*, n. 450.

Legatorum Papæ potestas pendet in Regno nostro ex omologatione seu verificatione facultatum in Curia Parlamenti Parisiensis ; nihil aliud possunt legati, maximè in iis quæ à jure communi prohibentur ; & si quid ultra fecerint, ex defectu potestatis annulatur ; imo solent nostri appellationis tanquam

ab abusu remedium quærere : *M. Louet sur la Regle* de infirmis resignantibus ; *n.* 101.

Beneficium quod vacaret per obitum in Curia Legati Papæ etiam Legati à latere, non fovet reservatum provisioni Legati : *le même*, ibidem, *n.* 286. & 426.

Legati privilegia sunt solum Summum Pontificem agnoscere, in Regno Franciæ filiorum privilegia quærere, & appellationum tanquam ab abusu remedia prævenire : *le même*, ibidem, *n.* 421.

Legatorum à latere potestas & authoritas pendet in hoc regno ex omologatione seu verificatione facultatum in Senatu Parisiensi ; nec quid ultra possunt Legati, etiam à latere, *le même*, ibidem, *n.* 445.

Legatus potest conferre Beneficia vacantia in mensibus Graduatis reservatis ; *même*, ibidem, *n.* 449.

Non dubitandum quin Legatus teneatur iisdem legibus quibus tenetur Summus Pontifex ; nam ut vulgò dicunt, Curia legati est curia Papæ: *Vaillant sur la Regle* de verissimili notitia, *n.* 2.

L'ECRITURE SAINTE.

Scriptura sacra, juxta Joannem Chrysostomum, tom. 7. Hom. 44. est janua regni cœlorum, clavis autem, scientia Scripturarum, per quam aperitur hominibus janua veritatis, & regni cœlorum; adapertio autem, interpretatio vera: *C. M. sur le Decret, distinct.* 20. in principio.

LETTRES DE VICARIAT.

Litteræ Viacariatus debent esse generales, sine limitatione, præsertim occulta; alioquin reprobantur, ut vidi in Senatu Parisiensi reprobari, ut potè reputetur fraus inesse in eis: *C. M. sur le chap.* 11. *aux Decretal.* de concessione Præbendæ.

LOCATAIRE.

Nos practicamus semper deduci vel compensari inquilino, nomine interesse, quid pro residuo locationis, si expulsetur ob causam, *etiam justam*, locator seu inquilinus, intra tempus locationis;

C. M. sur le chap. 3. aux Decretal. de locato & conducto.

LOIX.

Leges politicæ ligant etiam in conſcientia ; dixi in annot. ad Philip. Decium, cap. 1. de conſtit. *C. M. ſur le Canon 35. cauſ. 17. q. 4.*

Monaſteria tenentur ad ea quæ ſunt de lege Diœceſana : *C. M. ſur le chap. 18. aux Decretal.* de Offic. judic. ordin.

Libertas in legum obſervatione conſiſtit ; ita ut quod quis liberè facere poteſt, id ſecundum leges intelligendum ; idcircò *libertatis* verbo diſpenſationem venire non exiſtimandum eſt : *C. M. ſur la Regle* de infirmis reſignantibus, *n.* 278.

Lex aliquid pro vero præſuponit ; legis enim fictio veritatem inducit, ejuſdemque effectus in caſu ficto ut in caſu vero ; hæc etenim fictio legis veritas eſt, quæ à vera veritate non diſtinguitur : *le même*, ibidem, *n.* 283.

In legibus verba ad litteram non ſemper accipienda, cum menti & voluntati legiſlatorum repugnant ; verba enim introducta ſunt ad voluntatis declaratio-

nem, & ideò verba voluntati, non mens legislatoris verbis submitti debent : *le même*, ibidem, *n.* 341. *&* 342.

Ipsa juris veritas solâ legis authoritate subsistit, & ab ea probationem & vires accipit ; veritas verò facti instrumentis & testibus probatur ; *le même sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 155.

Periculosum est æquitatis prætextu à lege & regula discedere : *le même*, ibidem, *n.* 174.

Leges sunt Rerum quæ fieri possunt, ad impossibile enim nemo tenetur : *le même*, ibidem, *n.* 242.

Ubi eadem est ratio legis, idem debet observari : *Vaillant sur la Regle* de idiomate, in principio.

Ex particularibus exemplis legum quæ non sunt factæ ad finem Regularum, perperam fabricantur distinctiones & consequentiæ : *Du Moulin dans ses Notes sur le Commentaire de Dynus Muxellanus sur les Regles de Droit Canon*, Regula 34. *n.* 10.

Inspicienda mens & causa finalis legis seu statuti : *Du Moulin dans ses Notes sur les Conseils de Decius, ad jus Pontificium*, au tit. *de Constitutio-*

bus, cap. *cognoſcentes*, extra, in verbo *reſponderi*.

Forenſis, ſi per annum in loco manſerit, præſumitur ſcire ſtatuta : *le même*, ibidem, in verbo *ſcientia*.

MANSE.

MAnsus, id est mansio; Itali vocant *undemas*; Baldus l. si plures, col. 2. de conditionibus incertis: hæc constitutio qua mansus unicuique Ecclesiæ tributa est, est Caroli magni, & facta est in diæta Imperiali apud Wormatiam, ubi Carolus magnus primum Regis diadema suscepit, & habetur ad verbum in cap. 1. extra de censibus, insigni ingratitudinem Pontificum Romanorum & Canonistarum, qui authoris videlicet Caroli magni nomen & memoriam deleverunt: *C. M. sur le Stile du Parlement, part. 3. chap. 50. n. 1.*

Hodiè in Gallia, non obstante Concilio ex quo capitulum 1. *aux Clementines*, de Statu Monachorum desumptum est, contrarium fit per eos quos vocant reformatores; quia statim ab initio omnes Prioratus, & membra dependentia, Conventualibus actu exceptus, uniuntur, & fructus adferuntur ad mensam, capitis seu Monasterii principalis,

ubi etiam residere compelluntur : *C. M. sur le chap.* 1. *aux Clementines*, de statu Monachorum.

MARIAGE.

Pœnæ festinationis matrimonii sunt sublatæ in muliere nubente intra annum luctus, nec ob id perdit sibi donata à marito, nec doarium, nisi commisisset stuprum : *C. M. sur la Coûtume de Paris*, *tit.* 1. des Fiefs, §. 43. *Glos.* 1. *n.* 158.

Nullitas matrimonii debet tractari *en Cour d'Eglise*, *sur la Coûtume de Paris*, *tit.* 12. §. 136.

Judex Ecclesiasticus potest cognoscere de causa matrimonii, si quæstio est facti ; Stephanus Aufrerius, Remp. Clem. Reg. 4. Fall. 8. de Offic. ordin. *C. M. sur le Stile du Parlement*, *part.* 7. *q.* 11.

Vos Juvenes casti, & Deum timentes, cavete ne credatis istis matrimonii vituperatoribus, quemadmodum ego usque ad annum ætatis 35. damno meo credidi : Vide Epistolam liminarem ad Consilia Alexandri à me recognita: *sur la Glose du Canon* Nos novimus, *caus.* 17. *q.* 2.

Puellæ non possunt nubere sine consensu parentum vel etiam invitis & irrequisitis : *C. M. sur le Canon 2. caus. 20. q. 2.*

In matrimonio semper liber consensus contrahentium requiritur, alias ipso jure, non valet; cap. cum locum, de sponsalib. adde Felin. in cap. causam matrimonii, de Offic delegat. *C. M. sur le Canon 4. caus. 20. q. 3.*

Filiæ nuptæ sine consensu patris, pater tenetur tantum ei dare alimenta, sed non justam dotem; ut in l. quæro, de jure dotium, nisi pater sit in culpa : *C. M. sur le Canon 16. caus. 32. q. 2.*

Per matrimonium à Clerico contractum vacant ejus, Beneficia ipso jure, & conferuntur, & hodie hoc servatur : *C. M. sur le chap. 5. aux Decretal.* de Clericis conjugatis.

Impuberum matrimonia valere hoc non solum est contra rationem, sed & periculosum; quia hujusmodi matrimonia non solent habere bonos exitus : *C. M. sur le chap. 3. aux Decretal.* de desponsatione impuberum : Ego autem dico quod aptitudo puberum, illa non est consideranda respectu potentiæ copulæ duntaxat more brutorum, sed

etiam respectu judicii & consilii; quia matrimonium non est actus coeuntium, sed prudentium & politica seu œconomica capacium, non minus quam testamentum; l. final. C. de militar. testam. Ideò fatuum est, & explodendum quod hic hostiensis scripsit, infantem qui tres annos excessit, & possit habitationem cum viro discernere, & certum pati, eo ipso posse matrimonium contrahere, licet cum eo transeat, *ibidem*.

Matrimoniis clandestinis nec competit beneficium hypothecæ consuetudinariæ, ut indixi in consuetudine Parisiensi, §. 135. *C. M. sur le chap.* 1. *aux Decretal.* de clandest. desponsat.

In matrimonio cognatio legalis non est impedimentum Ecclesiasticum, sed civile; ideò potest princeps dispensare libere in sua ditione; imo generaliter dico quod impedimentum hodie cessat, prout cessat politia Romanorum, quorum illa patria potestas erat peculiaris; instit. de patria potestate, §. 1. & notum est quod in Gallia hoc impedimentum spernitur, & meritò, etiam stante adoptione, prout etiam adoptati non transeunt in potestatem; nec fiunt successibiles, ut dixi in consuetud. Pari-

ſienſ. §. 122. *C. M. ſur le chap.* 1. *aux Decretal.* de cognatione legali.

De cauſa matrimonii in Gallia conſervatores Papæ non cognoſcunt, ſed ſoli Diœceſani, non autem inferiores etiam ordinarii: *C. M. ſur le chap.* 1. *aux Decretal.* de conſanguinitate.

In hoc Regno de invaliditate matrimonii indiſtinctè judex ſæcularis cognoſcit, nec fit remiſſio ad Eccleſiam: *C. M. ſur le chap. aux Decretal.* qui filii ſunt legitimi.

In facto matrimonii ſufficit ut proles præſumatur legitima quod pater ſit in poſſeſſione filiationis; Panorm. hic; Gemin. Conſil. 27. Jaſon. Conſil. 138. col. 1. lib. 4. Guillelm. Benedict. repetit. cap. *Raynutius*, part. 3. *Verbo qua filium ex ea ſuſcipiens*: C. M. ſur le chap. 5. aux Decretal. *qui filii ſunt legitimi.*

Non tolluntur ſponſalia per matrimonium ob conſanguinitatem reſolutum; & fallit hæc regula in his in quibus tacita voluntas ſufficit; de leg. 1. *plane* in principio Angel. Faber. §. *Poſteriore*, quibus modis teſtamenta infirmentur: Vide Jaſon. l. *ſcire debemus*, §. 1. column. 3. de verbor. oblig. *C. M. ſur*

le Titre de Regulis Juris, *in* 6°. *Reg.* 51.

MEDECIN.

Quis erit Medicus qui ex arte aut præceptis medecinæ judicare poterit defunctum, de prima infirmitate decessurum fore; cum sæpiùs à Medecis damnati sanentur; & medicorum fallax sit in iis judicium: dic tamen hoc in negotio pivitis in arte credendum, ex medicorum opinione quæstionis decisionem pendere: *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 295.

METROPOLITAIN.

Metropolitani possunt inquirere de suis suffraganeis; Parnormit. *C. M. sur le chap.* 25. *aux Decretal.* de accusationibus.

MINEUR.

Minor restituitur in beneficialibus, ut si contulerit suum beneficium alii; Nicol. Boer. Decis. Burdeg. 350. ubi refert Arrestum; & habeo aliud Ar-

rectum latum Consilio Regis, quo resignatarius vel mediator condemnatus fuit dare cum effectu mandatum validum, ad retrocedendum; Panorm. hic, num. 5. Pulchre distinguit; quem sequitur glossa, Pragm. de pacific. possess. in verbo *impedimenti*, in fine; Ludovic. Gomes in Reg. de triennali possessione, q. 15. dixi in tract. Reg. Cancell. de public. q. 10. num. 185. cum seq. *C. M. sur le chap.* 14. *aux Decretal.* de restit. spoliat.

Minor non restituitur si Beneficium resignaverit : *M. Loüet sur la Regle* de Publicandis resignationibus, *n.* 240. Minor non restituitur si Beneficium resignaverit quod habebat aliquod Officium annexum; tunc enim se potiùs exonerat : *Vaillant*, ibidem.

MOINE.

Papa non potest habilitare Monachum ad succedendum : *C. M. sur la Coûtume de Paris*, *tit*. 13. §. 112. *n*, 1.

Ingressu Monachi in Monasterium judicato nullo, usufructus datus Monacho extinguitur : *ibidem*, n. 2.

Parentes non succedunt Monachis,

nec Monachi parentibus, *ibidem*, n. 5.

Minor ingrediens in Monasterium non potest donare nec testari, *ibidem*, n. 5.

Ludovicus nomine Grossus, per maximus Ordinum, Monachorum deffensor; in hoc profusus, cœterum mire frugalis, etiam in filiis, quos plures habebat, duos Ecclesiasticos, singula habentes Beneficia; quorum unus, Philippus unicum habens Archidiaconatum Parisiis. cum electus esset in Episcopum Parisiensem rejecit; dicens cur non potius elegistis præceptorem meum, meliorem & doctiorem me, scilicet Petrum Lombardum? alter Filius Petrus, Dominus Loci *de Courtenay*, tantum: ô quam nunc efferbuit tyrannis & ambitio! Is etiam Ludovicus VI. primogenitum Robertum Ebroïcensem tantum comitem facit, Prælato, etiam vivens, secundo genito Ludovico VII. qui ideò junior duplici nomine dictus: *C. M. sur le Stile du Parlement, part. 4. chapitre 2.*

Monachi non succedunt in patria consuetudinaria; *nec Monasterium pro eis: idem generaliter etiam in patria juris scripti; Guillemus Benedicti in cap.* Raynutius,

Raynutius, verbo *&. Uxor Adelaia, n. 220. de testam. Idem est de Rhodiensibus seu Maltiensibus, ut dixi in Consuetudine Parisiensi*, §. 152. C. M. sur le Stile du Parlement, part. 5. q. 122.

Monachi non debent Ecclesias suæ præsentationis in suos convertere, *etiam exemptas Ecclesias, Clement. I. de suppl. negligent. Prælat.* C. M. sur le chap. 2. aux Decretal. *de suplend. neglig. Prælat.*

En artes Monachorum ad confringendum sibi titulos vetustos, quibus numquam ferè carent; ego sæpè tales imposturas & falsitates ex fide historiæ detexi: *C. M. sur le chap. 6. aux Decretal.* de fide instrumentorum.

Delecti Præsules & Doctores apud Nicæam Provinciæ censuerunt anno 1538. Conventuales omnes Ordines Monachorum abolendos esse, idque tum privatâ sigillorum suorum, tum publicâ editionis fide testati sunt: *C. M. sur le chap. 2. aux Decretal.* de Regularibus.

Monachus in stolis degens de licentiâ Abbatis, potest se obligare de propriis impensis; quantum ad eum sat est

quod est in stolis de licentiâ Abbatis, qui expensas promisit; Panorm. *C. M. sur le chapitre* 11. *aux Decretal.* de accusat.

Monachi qui possident Ecclesias Parochiales pleno jure, id est quoad temporale & spirituale, non solum habent quæ spectant ad temporalia, & proprietatem temporalium, sed etiam possunt dare institutionem tituli collativam hujusmodi Ecclesiarum, non tamen authorisabilem, nisi haberent populum exemptum, & in eo jurisdictionem Episcopalem, ut notant Doctores in cap. initio, de Capellis Monachor. Philippus Decius, cap. *de Monachis*, extra, de Præbendis. Franciscus Aretin. *C M. sur le chap.* 3. *aux Decretal.* de Privilegiis & excessibus privilegiatorum.

Nota prohibitum Religiosis ut se involvant anfractibus litigiorum; sed in Gallia vix sunt obstinatiores litigatores: *C. M. sur le chap.* 24. de electione. *in* 6.

Quantum distet formularium Monachorum hujusce ætatis, circa vestes, cibos, potus, æquitaturas, & lectos à formulario antiquorum Monachorum;

vide Erasmum in vita beati Hieronymi : *C. M. sur le chap.* 1. *aux Clementines*, de statu Monachorum.

Monachi & omnes Religiosi cujusque Ordinis ad instantiam Promotoris, vel Parochi citari possunt coram Officiali Diœcesani Episcopi in casibus debitis : *C. M. sur le chap.* 1. *aux Clementines*, de Privilegiis & excessibus Prælatorum.

Jure communi Monachus seu Religiosus non potest possidere duo simul Beneficia : *M. Loüet sur la Regle* de Publicandis resignationibus, *n.* 61. Sæpè tamen ex usu Cancelleriæ Romanæ Regularis dispensatur ad duo, aliquando ad plura ; sed hoc fit jure speciali : *Vaillant*, Ibidem.

MONITIONS.

Monitiones decretæ ab Officialibus Episcoporum contra Judices Regios, sunt abusivæ : *C. M. sur le Stile du Parlement*, *part.* 7. *q.* 100.

MORT.

Les Domestiques sont tenus de venir

declarer le decès des Beneficiers aux Curez; *Si interpellantur à Curato*: C. M. sur l'Ordonnance de 1539 art. 54. mêmes leurs sepultures, *de jure, & non ubi esset electa sepultura*, ibidem.

In regulæ *de infirmis resignantibus* præsumitur quis ex eadem infirmitate decessisse; idem si alio casu obiit, si tamen erat omnino infra 20. dies de eadem infirmitate moriturus; & in hoc standum est in arte medica peritis: *C. M. sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 26. *&* 325.

Regula *de verissimili notitia* obitus Beneficiarii ligat & Papam, & Legatum ejus à latere, nec potest ab eis derogari huic regulæ sine abusu, & in hoc casu esset locus appellationi tanquàm ab abusu: *C. M. sur la Regle* de verissimili notitia, *n.* 2. 3 4. 5. 6. 7. 8. *&* 9. etiamsi pro provisio facta foret motu proprio, *n.* 11.

In casu regulæ *de verissimili notitia* obitus ultimi Beneficiarii non est necesse quod Collator sciat an, & ex qua causâ Beneficium vacet, sed non licet impetranti festinare ante vacationem Beneficii, *ibidem*, n. 10.

Tempus verissimilis notitiæ non inci-

pit nisi à vero obitu, etiamsi obitus sit occultus, & non à justa causa putativi mortis; valet enim collatio, licet mors aut vacatio sit occulta: sed si in fraudem occulta sit, non valet præventio Papæ nisi post tempus verisimilis notitiæ à publicato obitu: *ibidem*, n. 23. 24 25 & 26.

Regula *de verissimili notitia* obitus non exigitur in devolutis Beneficiis lapsu temporis: *ibidem*, n. 70. 79. & 80.

Regula *de verissimili notitia* obitus computatur non tantum à die vacationis, sed liberæ vacationis, *ibidem*, n. 74. 77. 78. & 82.

Non fit extensio mortis naturalis ad mortem civilem, nisi ex identate rationis: *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 351. & *sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 100. 101. & 104.

In contractibus mortis appellatione naturalem tantum, non civilem contineri sentiunt omnes Doctores: *le même*, ibidem, *n.* 406.

Fama mortis Beneficiarii debet probari, in casu regulæ *de verissimili notitia*, cum agatur de contraventione legi facta; ei qui pœnam vult vitare, in-

cumbit onus probandi factum quod possit ipsum excusare : *Vaillant sur la Regle* de verissimili notitia, *n.* 16. 17. 18. & 20.

Rumor falsus mortis excusat à pœna in casu *de verissimili notitia*, sed non reddit provisionem Beneficii validam : *Vaillant*, ibidem, *n.* 21.

MUTILATION.

Facta separatione membri, vel tali debilitatione Ecclesiasticus fit irregularis; secus si tantum digitus amputetur; quia digitus non est membrum, sed officium membri; ideo non fit irregularis; Doctores hic, Barthol. Angel. Imol. leg. 2. de public. judic. Angel. Aretin. tract. de malefic. versiculum *membrum* : Anthon. Rubeus, Cons. 83. *C. M. sur le chap.* 3. de homicidio *in* 6.

NEGLIGENCE.

DATA negligentia Prælati vel Capituli, quilibet de Ecclesia potest agere sine mandato nomine Ecclesiæ; Panorm. Felin. Lap. alleg. 51. *C. M. sur le chap.* 34. *aux Decretal.* de testibus.

NICROMANCIE.

Nicromantiæ fautores variis pœnis plectuntur per Constitutionem Caroli VIII. de 1490. *Nescio cur tam sancta Constitutio in ultimis impressis omissa fuerit, cum extet in libris ante 40. annos impressis; nisi quod rumor erat quosdam aulæ magnates uti; novissime enim Typographi multa omiserant in gratiam potentum, quæ fideliter restituta sunt :* C. M. sur le Stile du Parlement, part. 3. chap. 41. n. 2.

NOTAIRE.

Instrumenta Notariorum secularium in negotiis Ecclesiasticis fidem faciunt, etiam in foro Ecclesiastico, & in Curia Romana : *C. M. sur le Stile du Parlement, part. 5. q. 259.*

NOVICE.

Puto falsum quod bona novitii deffuncti applicari debeant Monasterio : *C. M sur le Traité de M. de Selve*, de Beneficio, *part. 3. q. 6. n. 2.*

OBLAT.

Tamen in Regno Franciæ non fit oblatorum qui in Monasteria ingressi sunt, tacita dedicatio bonorum quæ oblati habent in commodum Monasteriorum, etiamsi in Monasteria ingressi fuissent pœnitentiæ agendæ causa; nec servatur in Gallia authentica *ingressi*, ut dixi in Consuet. Parisʃ. §. 151. *C. M. sur le Titre* de Regulis Juris, *in* 6. Reg. 55.

OBREPTION.

Decretum per obreptionem latum, nullum est ipso jure : *C. M. sur la Coûtume de Paris, tit.* 1. des Fiefs, §. 1. *Glos.* 4. *n.* 51.

OFFICIAL.

Officiales ab Episcopis non debent multiplicari, ut in simili dixi in Consuet. Paris. §. 10. n. 25. *C. M. sur le Stile du Parlement, part.* 7. *q.* 79.

Ab Officiali, etiam foraneo, Episcopi, non appellatur ad Episcopum, sed ad Metropolitanum: *C. M. sur le chap.* 2. de Consuetudine *in 6.*

Utilissimum & expeditissimum, ut in Curiis Ecclesiasticis Officialium, sicut in omnibus Curiis sæcularibus Galliæ practicatur, reus explicet suam deffensionem, & contrarium fatuitas est inepta; & Officiales monui ne veterem stilum prætenderent, quem etiam ineptum fatentur: *C. M. sur le chap* 2. *aux Clementines*, de verbor. signific.

Episcopi possunt suos Officiales ad nutum revocare; sed non possunt ex causâ infamante, nisi causâ cognitâ: *C. M. sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 390.

OFFICES CLAUSTRAUX.

Officiorum Claustralium dispositio est commodo Religiosorum, quæ loco legitimæ effectata, remanet filiis Abbatiæ, nec possunt conferri in commendam, nec dari Religiosis alterius Abbatiæ seu Monasterii: *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 432. & 434.

OPINIONS.

Guido Papa ſcribit quod varietates opinionum procedunt ex mobilitate intellectus, & quod ex variis facilius veritas invenitur; quod ego intelligo de varietate aperiente varias cauſas & effectus rei ſubjectæ, non autem de varietate extravagante: *C. M. ſur le chap.* 20. *aux Decretal.* de Reſcriptis.

OPTION.

Optione ſeu electione ſemel habita non eſt reiteranda; vide Duarenum in in l. *ſervi electione*, S. de legat. 1. Anthon. Mornac. in obſervat. poſthumis à nobis recognitis, & publicè editis, ad leg *apud Auſidium*, 20. D. de optione legatâ: *C. M. ſur le chap.* 7. de Reſcriptis *in* 6.

ORDINATION.

Olim Ordinatio Epiſcoporum nihil aliud erat quam publica aprobatio, manuum impoſitio, ſeu emiſſio vocati in opus Dei; poſteà ceremoniis auctis cœ-

pit vocari benedictio, postremo consecratio : *sur le Canon* 1. *dist.* 64.

In Ordinatione debet assignari Ordinato unde vivat, aliter Episcopus tenetur sustentare Clericum, cum hoc censeatur factum ab Episcopo : *C. M. sur le chapitre* 2. *aux Decretal.* de præbendis.

Per titulum patrimonialem assignatum Clerico, cessat obligatio Episcopi : *C. M. sur le chap.* 4. *aux Decretal.* ibidem.

ORDONNANCE.

Statuta semper perpetuo durant: idem de Sententiis quæ jam injecerunt vinculum perfectum, secus si momentaneum, l. final. aux Dig. de pœnis, nisi adsit causæ cognitio : adde Panorm. cap. à nobis, de Sentent. excommunic. Speculator in tit. de legat §. 4. num. 41. Math. Afflict. Decis. Neapol. 127. *C. M. sur le chap.* 10. *aux Decretal.* de Offic. legat.

Non sufficit quod constitutio sit bona, sed requiritur ut in usum sit recepta; alias non valet; per not. in cap. 1. extra, de Trenga & pace : *C. M. sur*

le chap. 1. *aux Decretal.* de Torneamentis.

ORDRE.

In Monasterio fontis Ebraldi in Gallia, adhuc præposterè Monachi sunt infernè, Monachæ verò sunt supernè: *sur le Canon* 22. *cauſ.* 18. *q.* 2.

Ordo ſancti Joannis Hieroſolymitani ſeu Rhodienſis, & hodie Malthenſis, habet Privilegia à Summis Pontificibus, conceſſa, & Regibus noſtris confirmata, & in libris Summorum Franciæ tribunalium inſcripta & regiſtrata: *M. Loüet ſur la Regle* de infirmis reſignantibus, *n.* 813.

PAPE.

PAPA Andrianus I. in recognitionem Beneficiorum à Sede Apostolica acceptorum ex parte Regum Franciæ, jus & potestatem Carolo magno concessit, eligendi Pontificem, & Ordinandi Sedem Apostolicam, necnon & Archiepiscopos, & Episcopos regni, investiendi, & nullus consecraretur, nisi à Francorum Rege laudatus & investitus; & hoc factum est in celeberrima Synodo quam celebravit Adrianus in æde Lateranensi: *C. M. sur la Coutume de Paris, au tit.* 1. des Fiefs, *n.* 26.

Papæ à Regibus Francorum ditâti sunt: *C. M. sur la Coûtume de Paris, au tit.* 1. des Fiefs, *n.* 25.

Non spectat ad Papam condere leges in temporalibus, nec in præjudicium Jurisdictionis secularis vel temporalis in Regno Franciæ, in quo jura Canonica & Constitutiones Pontificiæ non ligant in præjudicium Jurisdictio-

nis fecularis : *C. M. fur la Coûtume de Paris*, *tit.* 1. des Fiefs §. 51. *Glof.* 2 *n.* 66.

Papa quidam majeftatis accufatus, apud Regem Franciæ, caufam apud eumdem dixit : *C. M. fur la Coûtume de Paris*, *tit.* 1. des Fiefs, *n.* 26.

Soli Francorum Reges terrenum Imperium, potentiam & divitias Pontifici Romano dederunt ; unde, ut fcire, inquitBaldus in ufibus feudorum, Papa pro fe non allegat fatuam & ementitam paleā Canonis *Conftantinus*, diftinct. 96. Sed Canonem *ego Ludovicus*, diftinct. 63. quod Raphaël Volateran, Geographiæ lib. 1. longe latius quam in magno Decreto habeatur, refert, ut etiam Ferrariam & Urbinum nominatim contineat, & dicit fe excerpiffe ê vetufto libro Bibliothecæ Vaticanæ, quem apochriphum puto, & major fides habenda eft Decreto magno ; *C. M fur le Stile du Parlement*, *part.* 3. *chap.* 44. *n.* 1.

Papa folus habet Jurifdictionem temporalem Romæ ; *fur le chapitre* 10. *des Decretal.* de Conftitutionibus.

Ego verò dico quod Papa non habet poteftatem ftatuendi nec prohibendi in

Regno Franciæ, in temporalibus, sive in Clericos, sive in Laïcos, vel alios; quia Regnum Franciæ nullo modo dependet à Papa; *sur le chap.* 28. *aux Decretal.* de Privilegiis, *& sur le chap.* 1. de immunitate Ecclesiarum in 6°.

Contradicunt Theologi tenentes Ecclesiam esse supra Papam & ejus Sedem, & Papam cum sua Sede in fide errare posse, & corrigi, vel deponi ab Ecclesia, prout etiam in Concilio Constantiensi definitum fuit: *C. M. sur le chap.* 1. *aux Clementines*, de summa Trinitate: imo Concilium est supra Papam, & multos Papas judicavit & abjecit Concilium; sed nullus Paparum judicavit Concilium generale, cui etiam beatus Petrus obedivit, *C. M. sur l chap.* 2. ibidem, *de electione.*

Papæ Constitutiones non habent locum in Regno Franciæ quoad temporalem Jurisdictionem quam Episcopus habet à Rege, quia Constitutio non ligat Regem, nec laïcos; in his quæ concernunt sæcularem ditionem; quia non est materia spectans ad Papam, & hoc nisi in terris in quibus Papa est dominus temporalis: *C. M. sur le chapitre* unique, *aux Clementines*, de fore competenti.

Omni

Omni arte studuerunt Pontifices subigere Imperatores ut temporaliter regnarent; vide Math. German Chron. lib. 23. *C. M. sur le chap.* unique, *aux Clementines*, de probationibus.

Papa non potest derogare regulæ *de publicandis resignationibus* : C.M. sur la Regle *de infirmis resignantibus*, n 3.

Papa non habet potestatem homologandi Concordata contraria in fraudem Canonum; alioquin quod fieret, foret abusivum, & posset ab executione appellari tanquam ab abusu : *ibidem*, n. 8. 9. & 10.

In Gallia Papa non est ordinarius ordinariorum, & non omnia potest quæ possunt ordinarii : *Vaillant sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 60.

Nunquam Papa legibus & Constitutionibus potest derogare, quæ in Tribunalibus Franciæ registratæ & probatæ sunt; alioquin Regis & regni læderetur autoritas : *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 105.

Potest Summus Pontifex ad Patronorum Laïcorum præsentationem, aut ad Collatorum refutationem providere, ut Ordinarius Ordinariorum; nam quæ possunt ordinarii Collatores, potest

& Summus Pontifex; *le même*, ibidem, *n.* 331. Tamen si præsentatio facta fuerit Ordinario, non puto quod possit admitti à Summo Pontifice, nisi in casu devolutionis; quia Collator ordinarius debet requirere de capacitate præsentati; *Vaillant*, ibidem.

Per Concordata tenetur Summus Pontifex personam qualificatam per Regem nominatam de Beneficio providere, nec eam sine legitima causa rejicere potest; alias Prætoriani Senatores Prælatum committere vel delegare possent ad concedendam provisionem; *M. Loüet*, ibidem, *n.* 405.

Magna quidem in Beneficiis Summorum Pontificum potestas; sed in iis quæ sunt contra publicam utilitatem, contra hierarchiam Ecclesiæ, contra Ordinis totius honorem, & contra generalia Concilia, cessat; *le même sur la Regle* de Publicandis resignationibus, *n.* 292.

PARTISANS.

Gentes ad magnum & gravè lucrum addictæ, & undique ab omnibus acceptum, quasi de lucro, non de justitia, & oppressis deffendendis certando; hoc enim

demum vile est & defforme, quamvis tales quæstuarii, vulturii, & vili & paupere plæbe divites facti sunt: *C. M. sur la cause 3. q. 7.*

PATRONAGE.

Jus præsentandi non transit in Commissarium prehensionis feudi cui adhæret Jus patronatus; sed transit ad dominum immediatè Superiorem, à quo feudum feodaliter prehensum est, pro tempore quo facit omnes fructus suos: *C. M. sur la Coûtume de Paris, tit. 1.* des Fiefs, §. 55. *Glos.* 10. *n.* 1.

Jus Patronatus est in fructu; ideo transit ad usumfructuarium, ut vidua doaria, quæ possidet pro doario feudum cui annexum est jus patronatus, *ibidem*, n. 3.

Jus patronatus annexum feudi uxoris, quæ est in societate bonorum cum marito, spectat ad maritum, & non ad uxorem, durante communione bonorum, *ibidem.*

Hæredes non succedunt patrono in Jure patronatus æqualiter, nec in stirpes, sed solum hæres ad quem feudum cui annexum est Jus pratronatus, Ju-

ri patronatus succedit, *ibidem*, n 6.

Jus patronatus est in bonis nostris, & venit appellatione rerum nostrarum, *ibidem*, n 7.

In donatione omnium bonorum, tam mobilium, quam immobilium, transit Jus patronatus, etiamsi rei temporali esset annexum, sed per se principaliter subsisteret; hoc enim casu transiret cum universitate, *ibidem*, n. 8.

Jus patronatus annexum certo feudo quod venditur vel ceditur, vel donatur, transit ipso Jure cum feudo vendito, cesso, vel donato, ad emptorem, cessionarium, aut donatarium, etiamsi nulla facta sit expressio Juris patronatus, *ibidem*, n. 9. 10. & 11.

Dominus à quo feudi, cui Jus patronatus annexum est, prehensio feudalis facta est, non potest præsentare in casu vacationis antecedentis prehensioni, sed tantum in vacationibus, quæ obtentæ sunt durante prehensione, *ibidem*, n. 13.

Si patronus feudi de facto præsentavit ad Ecclesiam quæ ante manus injectionem super feudum cui adhæret Jus patronatus, vacat, vassallus tacuerit & neminem præsentaverit, valet præsentatio, *ibidem*, n. 14. 15. & 16.

Idem dico in casu converso, si tempore prehensionis, feudi vacavit Ecclesia, patronus feudi antequam præsentaret, vassallo manum levavit, & vassallus nondum elapso quadrimestri præsentavit, valet enim hoc casu præsentatio, *ibidem*, n. 17. Idem in similibus dicendum est, putà si vidua doaria, in hac qualitate præsentavit ad Beneficium quod ante mortem viri vacare cœperat; nam si non conqueratur hæres infra legitimum tempus, valebit præsentatio: imo etiam idem si solus hæres præsentaverit ad Beneficium quod cœpit vacare post obitum defuncti, & præsentatio admissa fuerit non conquerente vidua doaria infrà tempus legitimum; *ibidem*.

Si Vassallus pendente prehensione feudi cui annexum est Jus patronatus, præsentaverit ex causa vacationis quæ obtigit tempore prehensionis, & præsentatio admissa fuerit, valet præsentatio, si patronus feudi non conquestus est infra tempus legitimum, quod est quadrimestre, *ibidem*, n. 17. 18. 19. 20. & 21

Vassallus vel simplex proprietarius feudi vel castri, à quo dependet Jus

patronatus, potest præsentare ad Ecclesiam quæ cœpit vacare post feudum prehensum, vel pendente usufructu feudi, valida & efficax est præsentatio si Superior patronus feudi vel fructuarius infra tempus legitimum quadrimestris nam conqueratur, nec præsentet, *ibidem*, n 23. Secus si præsentans nullomodò esset in possessione, aut quasi possessione Juris patronatus, sed esset merè extraneus; vel si esset verus patronus, sed nullomodò possideret, tunc non valeret præsentatio, *ibidem*.

Unus solus ex pluribus patronis vel hæredibus unius patroni potest præsentare; & valida & efficax erit præsentatio, si compatroni per tempus debitum negligant; quia Jus patronatus est individuum, *ibidem*, n. 24. Ideoque Prælatus debet admittere hujusmodi præsentationem, *ibidem*, n 25.

Tria sunt in Jure patronatus, præsentati, admissio & institutio: præsentatio est actus patroni; præsentatio est quando præsentatus habetur pro rectè præsentato; institutio autem principaliter concernit personam præsentati tanquam approbatam & acceptatam; & solum per eam confertur titulus & jus in re, *ibidem*, n. 25. 26. & 27.

Patronus poteſt præſentare per litteras, vel etiam per nuncium, *ibidem*, n. 25.

Statuimus & ordinamus ut patroni Beneficiorum ſuorum Collatores Jus ſuum plenarium habeant; *patroni*, intellige etiam de Eccleſiaſticis, quorum curam poſteriores Reges male abjecerunt; ſed ſtat in patronis laïcis : unde ſi Papa eorum Juri expreſſe derogaret, poſſet ab executione Bullæ appellari tanquam ab abuſu; & vidi admitti appellationem in hoc Senatu : ſic Carolus VI. infra tit. 37. Patronos inferiores ſua conſtitutione munit : *C. M. ſur le Stile du Parlement, part. 3. chap. 3. n. 1.*

Si Jus patronatus ſpectet ad Eccleſiam ratione Caſtri quod Eccleſia tenet in feudum ſive à laïco, ſive ab alia Eccleſia, quia tunc reputatur laïcum; non poteſt Papa prævenire, per ea quæ dixi in Conſuetudine Pariſienſi, §. 46. num. 20. cum. ſeq *C. M. ſur le chap. 6. aux Decretal.* de Offic. delegati.

Patronus laïcus poteſt variare, nec privatur præſentatione licet indignum præſentaverit, quia Jure hoc non cavetur; imo non poſſet Papa ſolus ſtatuere in præjudicium patronorum laïcorum;

per ea quæ dixi in tract. reg. Cancell. Reg. de infirm. resign. num. 34. cum seq. *C. M. sur le ch. 4. aux Decretal.* de Offic. judic ordin.

Jus patronatus non est spirituale, sed spirituali annexum; idem Panorm. Decius hic, Rooh de Curte, in rubric. de Jure patron. versiculo jus: *C. M. sur le chap. 3. aux Decretal.* de Judic.

Creditor non potest uti Jure patronatus, nec præsentare loco patroni, debitoris, ut dixi in Consuetud. Paris. §. 6. gloss. 3. num. 5. & 37. *C. M. sur le chap. 18. aux Decretal.* de Sententia & re judicata.

Jus patronatus non transit in conductorem fundi cui Jus patronatus annexum est, nisi conductio sit ad longum tempus; secus ad modicum; quamvis aliter dicat Joannes Igneus, l. 1. §. Si vir aut uxor, num. §. cum seq. ad Sillanum, & male; ut dixi ad Philippum Decium, authentica *qui rem*, de sacrosanct. Eccles. *C. M. sur le chap. 7. aux Decretal.* de Jure patronatus.

Jus patronatus in hærens Castro, est reale ratione Castri, & transit cum universitate Castri; Philippus Decius, Cons. 149. *ibidem*, & *cap. sequenti.*

Jus

Jus patronatus licet libere cedi & donari compatrono suo vel aliis : *C. M. sur le chap.* 8. *aux Decretal.* ibidem.

* Patronus, etiam Ecclesiasticus, potest variare, ex justa causa, putà, quia re integra, id est ante institutionem præsentatus moritur, vel fit inhabilis quoquomodo, vel ad notitiam quod erat malæ vitæ, vel alias indignus; item generaliter ex omni causa ex qua patronus Ecclesiasticus possit variare : *C. M. sur le chap.* 24. *aux Decretal.* ibidem.

Patronus laïcus, præsentando indignum, cadit suâ præsentatione hac vice, in casu quo eligens, vel collator perderet; cap. cum in cunctis, de elect. Panormit. hic, & in cap. cum vos : *C. M. sur le chap.* 29. *aux Decretal.* ibid.

Papa per Litteras Apostolicas, aut alio modo non potest præjudicare Juri patronatus laïci : *C. M. sur le chap.* 2. *aux Clementines*, de Præbendis.

Tunc de alio providebit Episcopus, si patronus præsentaverit indignum scienter, etiamsi sit laïcus; Panorm. cap. cum vos, column. 2. de Officio ordinarii : *C. M. sur le chap.* 1. *aux Clementines*, de Jure patronatus.

Jus patronatus pertinet ad omnes hæ-

redes unius patroni, simul & collective : *C. M. sur le chap. 2. aux Clementines*, de Jure patronatus.

PATRONAGE.

Quod si Ecclesia non sit consecrata, ex dotatione factâ Ecclesiæ dotans acquirit Jus patronatus, dum tamen interveniat consensus Episcopi ; si vero post consecrationem Ecclesiæ dat aliquid Ecclesiæ, per hoc non fit patronus, sed qui ante consecrationem dat aliquid Ecclesiæ fit patronus *C. M.* : *sur le Traité de M. de Selve*, de Beneficio, *q.* 5. *n.* 180. *p.* 1.

Si Ecclesia sit funditus destructa, ex novâ ræedificationee acquiritur Jus patronatus, interveniente consensu expresso Episcopi, *ibidem*, n. 181.

Erecto & instituto patronatu Jus patronatus transferri potest cum Universitate fundi, *ibidem*, q. 6. n. 4.

Jus patronatus potest præscribi, etiam à laïco, contra Ecclesiam & Ecclesiasticos collatores, quia cum laïcus hoc jus posset possidere, & non sit hujusce Juris incapax, potest hoc jus prescribere, *ibidem*, q. 7. in verbo *præscribit*.

Si non constat de patrono, non constat de reservatione Juris patronatus ;

& ſic Jus patronatus ceſſat, *ibidem*, part. 2. q. 22. n. 17.

Jus patronatus datum à patrono laïco Eccleſiæ, aſſumit naturam patronatus Eccleſiaſtici; & hoc eſt indubitanter verum ſi principaliter detur Eccleſiæ: verum, quid ſi tranſeat cum Univerſitate feudi, adhuc latius puto idem; quia verum eſt dicere quod non eſt patrimonium Prælati; tametſi ad manum regiam reducatur, cenſetur temporale; vide notabile cap. dilectus, Clem. de præb, *ibidem*, part. 3. q. 11. n. 23.

Ordinarius omiſſo patrono conferendo, tam ſuum quam patroni jus, contra præventiones Papæ conſervat: *C. M. ſur la Regle* de infirmis reſignantibus, *n.* 70.

Papa non poteſt prævenire patronos laïcos, per quadrimeſtre datum eis ad præſentandum: *M. Loüet ſur la Regle* de infirmis reſignantibus, *n.* 41.

Patroni laïci in provincia Normaniæ habent ſemeſtre ex ſtatuto municipali, *Vaillant*, ibidem.

Jus patronatus, laïcum, ad Eccleſiam perveniens, mutat naturam, & fit Eccleſiaſticum: *M. Loüet ſur la Regle* de infirmis reſignantibus, *n.* 45.

Patroni laïci nullo modo, nulla cavillatione, nullâ exquisitâ vel simulatâ fraude, suo præsentationis jure privari possunt; *M. Loüet, sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 45.

Provisio Papæ ante elapsum tempus patrono laïco concessum, ita est nulla ut non convalescat, etiamsi patronus negligens sit & non conqueratur; in quo differt provisio Papæ à provisione ordinarii, quæ eo casu convalescit, & mero jure subsistit patrono non conquerente: *Vaillant sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 48.

Papa non potest derogare Juri patronatus laïci: *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 60.

Imò etiamsi patronus non conqueratur, provisio nulla est; quia nullo casu Papa potest sese intromittere in collatione Beneficiorum patronatus laïci ante elapsum tempus patrono concessum: *Vaillant*, ibidem.

Jus patronatus Academiis concessum, est mixtum, partim Ecclesiasticum, partim Laïcum, & gaudet privilegio laïcorum; unde in hoc locus non est præventioni Papæ, nec valeret resignatio sine consensu Academiæ quæ est corpus

mixtum; & ita fuit ordinatum à Curia Parisiensi pro Ecclesia Parochiali sancti Cosmæ & Damiani civitatis Parisiensis: *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 60. Idem statutum in Senatu Parisiensi pro eadem Ecclesia Parochiali die 4. Martii anno 1667. *Vaillant*, ibidem.

Papæ provisio in Jure patronatus laïci existente facta intra tempora quatuor mensium cum derogatione Juri patronatus licet cum clausula *pro hac vice*, aut alia clausulâ derogatoriâ, nulla est, abusiva, & contra jura & libertates Ecclesiæ Gallicanæ: *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 68.

Sex menses qui conceduntur patrono laïco ad præsentandum, computantur à die verisimilis notitiæ vacationis Beneficii: *le même*, ibidem, *n.* 332.

PAYEMENT.

Errore confutato docuimus semper inspiciendum, valorem impositìtium, tempore solutionis currentem: *C. M. sur le chap.* 26. *aux Decretal.* de censibus.

Si reus dicat solvisse, simpliciter,

non fatetur; quia sunt diversa, & possunt dividi; Joann. Amic. Cons. 99. adde Alexand. Cons. 159. & 185. lib. 6. *C. M. sur le Titre* de Regulis Juris in *6. Reg. 63.*

Non potest solvere cuiquam sine mandato sufficienti ad tutam apocham: *Du Moulin sur les Conseils de Decius* ad jus Pontificium, cap. *M. Ferrariensis*, extra, *de Constitutionibus*, in verbo *solutionem.*

PEINE.

In criminalibus pœnæ sunt arbitrariæ; *judex poterit etiam ordinariam imponere: Panorm. cap. 2. de confess. col. 2.* C. M. sur le chap. 21. aux Decretal. *de accusationibus.*

Nota quod ubi imponitur pœna ex non facto intra certum tempus, pœna non comutatur, nisi ex toto labatur tempus; Doctores, hic; Bald. Jason. Philipp. Decius leg. *non omnis si certum petatur*, Barthol. & alii in leg *cum stipulatus sim mihi à proculo*, de verbor. obligat. *C. M. sur le chap.* 35. de electione in 6°.

Eucharistiæ Sacramentum in Gallia de

facto denegatur condemnatis pœnæ ultimi suplicii : *C. M. sur le chap. 1. aux Clementines*, de Pœnitentiis.

Pœna non est imponenda, nisi jure exprimatur : *C. M. sur le Traité de M. de Selve*, de Beneficio, *part. 3. q. 2. n. 9.*

Contumacis pœna delinquenti nocet, & judicia pœnalia suos tantum sequuntur authores, & tertio non possunt præjudicare: *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n. 395.*

PENSION.

Pensio annua super Beneficio non potest dici Beneficium, quia hic ponuntur ut diversa; ad idem est melior est textus cap. quamvis, infra, de Præbendis, in 6. Vide Ludovicum Gomesium, super Reg. Cancell. de infirmis resignantibus, q. 16. Hieronymum Vigantem, in tractatu de pensionibus, q 57. *C. M. sur le chap. 31. des Decretal.* de rescriptis.

In renunciatione ad Beneficium non potest fieri pactum de pensione expresse sine simonia; quia renunciatio debet esse pura, & reliquum in voluntatem Superioris conferre, scilicet Papæ, Summi

institoris; cap. quæsitum extra, de rerum permut. Romanus Conf. 317. Philip. Decius, Conc. 141. *ibidem.*

Dico quod si ab initio fuit constituta pensio habito respectu ad facultates Ecclesiæ, tunc auctis facultatibus potest augeri, sicut è contra minimè: si verò ob aliam causam, ut recognitionis vel protectionis, non debet augeri; Panorm. *sur le chap. 6. aux Decretal.* de pactis.

Pensio creari potest super Beneficium in favorem contendentis Beneficium, si esset vera lis ab habente titulum coloratum, & tunc Ordinarius posset authorari constitutioni pensionis, ut in cap. nisi essent de Præbend. unde propter dubitum solent ad Papam recurrere, adhuc si successor resignatarii doceat resignantem nullum jus habuisse, irrita erit creatio pensionis facta per Papam; & poterit tanquam ab abusu appellari in Regno Franciæ, ut dixi in regul. Cancell. in regul. de publicand. *C. M. sur le chap. 3. aux Decretal.* de collusione detegenda.

Pensio super Beneficium, duplex, personalis, & realis; prima non transit ad successores Beneficii; secunda transit;

C. M. sur la Regle de infirmis resignantibus, *n.* 13.

Pensio non debet excedere tertiam partem fructuum Beneficii; tamen vitiaretur ad excedens, sed non vitiaret resignationem, *ibidem*, n. 14. & *sur la Regle* de publicandis resignationibus, n. 274.

Clausula *quod resignatio resolvitur non soluta pensione abusiva est*, ibidem, *n.* 276.

Pensio ratione tituli est personalis, ratione verò proprietatis, est realis, *ibidem*, n. 286.

Omnis pensio, sive personalis, sive realis, contribuere debet in decimis, *ibidem*, n. 289.

Tribus in casibus pensiones super fructibus Beneficiorum creari possunt, pro bono pacis, in resignatione, & in permutatione: *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 15.

In creatione pensionum, & Beneficiorum & personarum est habenda ratio, *le même*, ibidem.

Pensiones ad tertiam partem fructuum reducta: *Vaillant*, ibidem.

Hodiè Rex potest reservare pensiones super Episcopatibus, licet olim

hæ pensiones vix tolerarentur, sed Regia voluntas quæ pro lege habetur, harum pensionum usum potest facere legitimum, modò Summi Pontificis assensus accedat: *Vaillant*, ibidem.

Pensiones in Beneficiis curam habentibus, sunt prohibitæ & abusivæ: *M. Loüet*, ibidem. Pensiones hæ tolerantur inter resignantem & resignatarium propter bonam fidem; sed non transeunt in successores per obitum; & ideò, ut vocant, non sunt reales, & non afficiunt Beneficium, nisi in Provinciis in quibus in contrarium usus invaluit, ut in Normania, ut in Provinciis Ducatus Burgundiæ, quæ sunt sub ditione Senatus Divionensis; nota tamen quod in Ecclesiis Parochialibus hodie reservatio pensionis locum non habet, nisi resignans possederit per quindecim annos Ecclesiam Parochialem; aut cedat causâ infirmitatis ab ordinario probatæ: id Statutum edicto mensis Junii 1671. in curia Parisiensi registrati 21. Julii ejusdem anni: quod justè sancitum ad reprobandas frequentiores horum Sacerdotiorum resignationes, quæ nundinationes sæpè fiebant: idem Statutum pro Præbendis & Dignitatibus Ecclesiarum Cathedra-

lium aut Collegiatorum : reductio pensionis potest peti usque ad legitimum modum ; & semper ex edicto præfato debet Pastori superesse summa trecentarum librarum immunis ab omnibus oneribus ; in qua non debent comprehendi oblationes cæteræque retributiones quæ Pastori in remunerationem offeruntur ; quod vocatur *le casuel & le creux de l'Eglise* : Vaillant, *ibidem*.

Resignatarius tenetur solvere pensionem resignanti, aut cedere Beneficio : *M. Loüet*, ibidem.

Ab immodicæ pensionis creatione, Procurator Generalis solet appellare tanquam ab abusu : *le même*, ibidem.

Pensiones quæ à Rege super fructibus Abbatiarum aut aliorum Beneficiorum consistorialium reservantur, non iisdem legibus reguntur ac cæteræ pensiones ; & variè statutum est hoc usque in magno Consilio Regis super his pensionibus, licet Regis pietati conforme videatur ut hæ pensiones nunquam legitimum modum excedant ; sed ejus est interpretari cujus est condere : *Vaillant*, ibidem.

Pensiones non transferuntur in Gallia ; sed usus hujusmodi translationum viget in Italia : *le même*, ibidem.

Rex in reſignationibus in favorem, quas admittit durante Regalia, poteſt creare penſiones, ſicut & poteſt creare in Beneficiis conſiſtorialibus: *M. Loüet ſur la Regle* de infirmis reſignantibus, *n.* 101. Sed hæ penſiones debent creari in Curia Romana; & has penſiones vocant *ſine causâ*: & ideò componendam exigunt; in quo maximum eſt intereſſe eorum quibus Rex Chriſtianiſſimus tales penſiones concedit: *Vaillant*, ibidem.

In Beneficiis conſiſtorialibus nullæ penſiones creari poſſunt inconſulto Rege, & revocarentur per appellationem tanquam ab abuſu: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 407. Imò non eſt neceſſe recurrere ad remedium appellationis tanquam ab ab ſu; quia proſus invalidæ ſunt: *Vaillant*, ibidem.

Epiſcopi non habent poteſtatem creandi penſiones ſuper Beneficiis, ſed ſolus Papa hoc poteſt in hoc regno: *M. Loüet ſur la Regle* de publicandis reſignationibus, *n.* 175. Dic quod Rex durante Regaliâ poteſt reſervare penſiones; ſed debent creari à Summo Pontifice; & ità practicatur; ſed Epiſcopi & Archiepiſcopi non poſſunt reſervare & creare

pensiones nisi ob causam utilitatis & necessitatis Ecclesiæ, puta, favore unionis, causâ infirmitatis: sed pensiones personales in favorem permutantium creare non possunt, licet possint permutationem admittere; ratio, quia hæ sectionesbeneficiorum à jure prohibitæ sunt; & sic solus Summus Pontifex potest super his dispensare, & servitutem realem imponere Beneficio ad commodum certæ personæ: *Vaillant*, ibidem.

Revera hodie pensiones sunt frequentiores in Beneficiis consistorialibus; sed qui eas præcipuè super Episcopalibus accipiunt, meminerint ejus quod contingit Procancellario *du Vaïo*, quem pœnituit tales pensiones percepisse, & qui moriens testamento earum restitutionem pauperibus ordinavit: *Vaillant*, ibidem, *n.* 176. cui est conformis opinio Loüetii, *ibidem.*

Edicto anni 1671. vetatur resignatio Ecclesiæ Parochialis cum resignatione pensionis, nisi resignans possederit per quindecim annos completos, vel resignans cesserit ob causam infirmitatis ab ordinario loci probatam: *Vaillant*, ibidem, *n.* 274.

Excessiva pensio non resolvit concordatum resignationis aut permutationis Beneficii, sed tantùm reducitur ad tertiam partem fructuum; imo immoderata pensio toleratur: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 274. Non video cur immoderata pensio licita sit inter resignantem & resignatarium: *Vaillant*, ibidem.

Immoderata pensio reducitur per sæcularem potestatem, non per Ecclesiasticam jurisdictionem; pensio enim est quid temporale, ut nihil habet spiritualitatis; & ideò relicta est pensionis permutatio cum Beneficio, *M. Loüet*, ibidem.

Non datur pensio in Beneficiis nisi Clericis; & fallitur Loüetius quando dicit posse dari pensio laïco ex voluntate Regis & authoritate Summi Pontificis in Beneficiis consistorialibus: aliquando Papa reservat pensionem, etiam conjugatis, ut videre est in Principe Henrico Borlonio, Duce *de Verneuil*, cui anno 1668. Indultum est à Papa retinere pensiones annuas super Beneficiis, & contrahere matrimonium; sed quod Jure singulari introductum est, non debet trahi in consequentiam: *Vaillant*, ibidem, *n.* 277.

Pensiones, licet immoderatæ, super Beneficiis consistorialibus constitutæ à Rege, & à Papa approbatæ, reduci non possunt, nec datur actio possessori Beneficii contra pensionarium ad reducendas hujusmodi pensiones : *M. Loüet*, ibidem. Hodiè, in magno Consilio admittitur reductio hujusmodi pensionum in Beneficiis consistorialibus : *Vaillant*, ibidem.

Translationes pensionum de personâ ad personam cum legibus regni repugnent, non debent etiam tolerari in Britannia & Provincia Provinciæ, vulgò *Provence*, quam patriam Provinciæ vocant, *le même*, ibidem.

Pensiones, quidquid dicat Loüetius, ritè creatæ super Beneficiis consistorialibus, sunt personales, & non reales; ideòque cum pensionarius mortuus est, Rex non disponit de novo de pensionibus, sed ubi extinguntur, cedunt in commodum titulari, *le même*, ibidem.

Pensiones in Beneficiis non solum in annua pecunia, sed etiam in certa parte fructuum & redituum Beneneficii : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 278. Sæpè hæ pensiones ità inter partes firmantur authoritate Summi Pontificis : *Vaillant*, ibid.

Episcopi possunt admittere pensionem ex causâ permutationis Beneficii : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 280.

Nunquam existimavit Molinæus, & in hoc errat Loüetius, pensionem posse creari super Beneficio quod sit patronatus laïci, sine patroni consensu ; quia non potest Summus Pontifex conditionem patroni laïci deteriorem facere, & ejus juri derogare : *Vaillant*, ibidem.

Non duas pensiones Rex constituere potest super duobus Beneficiis unitis ; sed ubi à Rege reservatæ sunt, debent in Curia Romanâ creari : *le même*, ibidem.

Si collusio appareat in constitutione pensionis inter resignantem & resignatarium, inter copermutantes, & inter cedentem juris litigiosi ad Beneficium, vel in Beneficio, procul dubio hæc pensio est prorsus abusiva : *le même*, ibidem, *n.* 281.

Hodiè Rex per contractus initos inter Clerum Gallicanum derogat conventionibus partium, & pensionarius tenetur contribuere pro quanta parte pensionis solutionis decimarum extraordinariarum : *le même*, ibidem, *n.* 289.

Legatis licet creare pensiones super Beneficiis : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 290.

Pensionarius non potest seu ex conversione, seu alio quo vis modo habere omnes omninò fructus habere, ita ut titularius nullos habeat, esset enim titulum Beneficii à fructibus separare : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 291. Resignationes factæ sub reservatione omnium fructuum, sunt illicitæ, & canonicis legibus prorsus adversantur : *Vaillant*, ibidem.

PEREMPTION.

In Senatu Parisiensi Juris est certissimi post conclusionem in processu scripto, quod pragmatici vocant, *aprés la conclusion comme en procés par écrit*, aut postquam partes ordinarunt *appointement au Conseil*, locum non esse peremptioni instantiæ, maximè *si le procés ou instance, est en état d'être jugé soit par forclusion, soit que les Parties ayent satisfait aux Reglemens*, quia tunc non litigantium diligentia, sed Judicis tantum desideratur Officium ; quod speciale in supremis Franciæ tribunalibus, in quibus nefas à denegatione

justitiæ provocare, sed in qualibet aliâ jurisdictione, etiam Requestarum Palatii, omnis instantia in quocunque statu esse possit, peremptioni subjicitur: *M. Loüet sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 415. Tenent pragmatici quod non licet à judicibus Requestarum Palatii appellare tanquam à denegatione justitiæ, propter reverentiam eis debitam, cum faciant partem corporis Senatus; sed nota quod si quis tricennio possiderit pacificè, non potest ampliùs turbari; quia præscriptio tituli semper secum trahit peremptionem instantiæ, & non est alia præscriptio quoad titulum Beneficii quam possessio triennalis; ideò cavendum est ne quiete possideat intra hoc tempus, & debet fieri interruptio per actus civiles: *Vaillant*, ibidem.

In prophanis uno ex litigantibus defuncto, aut procuratore causæ, dormit instantia, nec perimitur quocunque tempore, secus in spiritualibus, in quibus successor non datur, nec res spiritualis aut Beneficium, non transit ad hæredes titularii defuncti: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 416.

PERMUTATION.

In permutatione Beneficiorum facienda penes Papam mentio non est facienda de aliis Beneficiis quæ permutantes possident; *idem Federicus de* Senis, *de permut. q.* 18. *& in consiliis q.* 7. *Dominicus in cap. unic. & ibi Philippus Franc. Cons.* 5. *de rer. perm. in 6.* C. M. sur le Stile du Parlement, part. 5. q. 170.

Ad permutationem Beneficiorum requiritur authoritas Episcopi; Panorm. & ita servatur, nisi quando collatio spectat ad inferiorem; quia illic expedit etiam spreto patrono Ecclesiastico, qui perdit tunc jus suum in Gallia, ne detur occasio currendi Romam, ut dixi in reg. Cancell. 17. de infirm. resign. num. 79. *C. M. sur le chap.* 5. *aux Decretal.* de rerum permutatione.

Litteræ expectativæ non impediunt permutationem Beneficiorum; nisi litteræ expectativæ *essent de certo Beneficio vacaturo*; *Imol. super cap.* quæsitum, *ad finem, de rerum permutatione, extra, Philipp. Franc. hic, colum.* 2. *Allexand. de Antill. in repet. hujus cap.* sur le chap. unique.

aux Decretal. in 6 *de rerum permut.*

Permutatio Beneficii facta cum nepote, fraudulenta præsumitur, quando ille nepos non est idoneus; sic quod potest probabiliter præsumi quod permutatio aut renunciatio seu resignatio sit causâ sanguinis solum, vel avaritiæ; secus si ex aliis circunstantiis aliud potest colligi; quia Beneficium est laboriosum, & senex petens quiescere, & nepos habilis vigilare: sed tamen cave ne alterutrum Beneficium impetres nisi persona mortua aut aliàs privata; quia hinc inde nulla est permutatio seu renunciatio aut resignatio; cap. *super hoc*, glossa in verbo *pecuniæ*, de renunciat. & sic ipso jure sunt adhuc domini Beneficiorum: *C. M. sur le Traité de M. de Selve*, de Beneficio, *part.* 3. *q.* 18. in principio.

Permutationes Beneficiorum in collatione Ecclesiastica, fiunt Episcopis & patronis Ecclesiasticis irrequisitis: *C. M. sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 41. Secus de permutatione Beneficii quod est in patronatu laïco; imò Papa non potest prævenire patronum laicum: *ibidem*, n. 45. Idem de Legato à latere dicendum est; ita ut etiamsi

patronus laïcus neglexisset nominare & præsentare infra quatuor menses à die obitus Beneficiarii, provisio Papæ, quæ facta fuerat per præventionem, non convalesceret, *ibidem*, n. 48. Imò non convalesceret per expressam patroni laïci ratificationem, *ibidem*, n. 52.

Permutatio dici non potest, nisi impleta, *ibidem*, n. 148. & 149.

Omnis permutatio duplicem habet conditionem, suspensivam, & resolutoriam, *ibidem*, n. 153. & 154.

Permutatio Beneficiorum potest fieri per unum procuratorem ex utraque parte: *C. M. sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 132.

Permutatio non potest resolvi nisi utraque parte consentiente, *ibidem*, n. 135. 142. 150. 164. 165. 170. & 188.

Beneficium potest permutari cum hospitali, vel jure prætenso, *ibidem*, n. 183. 184. 185. & 186.

Permutationes necessario admittendæ sunt ab ordinariis Episcopis; tamen fieri debent cum causæ cognitione: *M. Loüet sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 31.

Resoluta permutatione non opus est novâ collatione, *le même*, *n.* 32. & 187.

Permutatio ab infirmo & in extremis posito facta, nulla est, maximè si variæ circumstantiæ fraudis concurrant, *le même*, n. 39. Tamen si permutatio ab ordinario approbata fuisset, & à permutante adimpleta foret, non facilè non haberet locum, & quia vix fraus præsumitur: *Vaillant*, ibidem.

Non potest fieri permutatio Beneficii de patronatu laïco sine consensu patroni: *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 59.

Permutatio spreto patrono Ecclesiastico; ab ordinario admitti potest: *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 90.

Compermutantes ab ipsa permutatione totum jus percipiunt, nihil verò ex liberalitate Collatoris: *le même*, ibidem. Hoc intellige modò permutatio sit Canonica; & adhuc semper copermutantes totum jus à collatore accipiunt; nec dixeris quod ordinarius sit Collator necessarius, quia potest ex legitimis causis respuere resignationem factam ob causam permutationis: *Vaillant*, ibidem.

Si probari possit permutationem factam fuisse in fraudem Graduatorum, &

aliorum expectantium jure litterarum expectativarum, nullius momenti erit permutatio; sed fraus evidenter probanda erit, solæ enim præsumptiones non sufficerent; & hæc maxime pendent à variis rerum circunstanciis; undè diversa est Arrestorum jurisprudentia: *M. Loüet sur la Regle* de Infirmis resignantibus, *n.* 111. Nisi enim fraus omninò probaretur, valeret permutatio; nam præsumptiones solæ non sufficerent; & in dubio præsumitur pro actus validitate: *Vaillant*, ibidem, *n.* 120.

Ut permutatio Beneficiorum sit perfecta, mutua præstatio ex utraque parte esse debet, & debet esse impleta ex utraque parte; permutatio autem non adimpleta, permutatio non est: *M. Loüet, sur la Regle* de infirmis resignantibus, n. 148.

Qui permutationis prætextu resignationem *in favorem*, & in fraudem ordinariorum collatorum, faciunt, faciunt permutationem nullam; unde permutatione rejectâ, omnia corruunt, & nullus titulus, nec coloratus, remanet; ideòque per obitum resignantis sub specie permutationis, vacat Beneficium per obitum, & potest Collator ordi-

tinet, consensus patroni necessarius est, non verò Collatoris Ecclesiastici : *le même*, ibidem.

In permutationibus superstes non potest gaudere de bona fortuna cum quis de permutatione conquestus est ; secus si nullus conquestus est : *le même sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 120. Hodiè superstes non potest gaudere bonâ fortunâ, quia ex declaratione Regiâ anni 1646. necessario permutatio ex utraque parte adimpleri debet ut sit valida, quod notandum : *Vaillant*, ibidem.

Casus qui sunt extra causam permutationis, non possunt irritare concordatum permutationis, puta, si procedat evictio facto ejus qui evincitur, vel sua culpa, vel si à lege fiat evictio, aut si ex causa de novo superveniente detur evictio : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 130.

In permutationibus non sufficit consensus partium, sed etiam Collatorum ordinariorum potestas ad admittendam permutationem : *le même*, ibidem, *n.* 136.

Resoluta permutatione ex causa antiqua compermutantes ad ejurata Beneficia sine nova collatione seu provisione

redeunt, tenentur de novo apprehendere possessionem : *le même*, ibidem, *n.* 140. & 142.

Permutationes possunt tantum fieri suorum Beneficiorum, non alienorum : *le même*, ibidem, *n.* 162.

Permutatio non tantum de uno ad aliud Beneficium, sed plurium ad unum, vel unius ad plura, fieri potest : *le même*, ibidem, *n.* 169.

Regula de publicandis resignationibus spectat permutationes, ut spectat resignationes puras, & resignationes in favorem, *le même*, ibidem, *n.* 172. & 173.

Permutatio debet adimpleri ex utraque parte; nam ea est lex & conditio contrahentium : *Loüet & Vaillant*, ibidem, *n.* 178.

Jus ad Beneficium permutari non potest cum alio Beneficio; is enim qui haberet hujusmodi jus, caret titulo Beneficii; aliud esset si haberet jus in Beneficio, etiam litigioso; hoc enim jus posset permutari cum Beneficio : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 184.

Superstes duorum qui permutarunt Beneficia, non potest amplius uti bona fortuna; & alterum Beneficium tenetur dimittere; & in hoc fallitur Loüetius

existimans contrarium ; & non sufficeret superstiti novam à Summo Pontifice provisionem obtinere ; sed potest superstes idem Beneficium quod permutavit, de novo ut quilibet alius obtinere : sed si Ordinarius prius utatur jure suo, provisio ordinarii prævalet, & antiquum jus permutantis, nullatenus ei potest suffragari : *Vaillant*, ibidem, *n.* 188. *&* 190.

Jam dictum supra quod permutatio ex utraque parte debet adimpleri, & quod alterum Beneficium vacat necessario per obitum unius è compermutantibus : *Vaillant*, ibidem, *n.* 97.

Acceptatio reciproca requiritur in permutationibus : *M. Loüet*, ibid. *n.* 99.

Argumentum fraudis si permutantes, pensionem retineant super fructibus utriusque Beneficii permutati : *Vaillant*, ibidem, *n.* 283.

PETITES DATES.

Parvæ datæ dicuntur quia brevi sermone in libro datarii Curiæ Romanæ concipiuntur, donec extendantur : *M. Loüet sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 5.

Reïteratio seu multiplicatio datæ datam parvam probat : *M. Loüet sur la Regle* de verissimili notitia, *n.* 57.

PETITOIRE.

Petitorium & possessorium duo genera actionum : *C. M. sur la Coûtume de Paris, tit.* 4. de interdicto uti possidetis, *n.* 1.

Petitorium proprie propter rei vindicationem intelligitur, *ibid.* n. 5.

Petitorium & possessorium non possunt accumulari : *ibidem*, *n.* 6. Hæc tamen regula fallit in regaliâ, & in Decreto de pacificis possessoribus*ibid.* n.11.

Quilibet Judex secularis in suo territorio solus cognoscit *des Benefices à la nomination du Roy*, etiam de petitorio, & meritò ; quia hujusmodi Beneficia non sunt proprie Ecclesiastica ; unde nunquam semper curata : & idem de Beneficiis spectantibus ad collationem Baronum, vel similium, ut omnis cognitio spectat ad eorum judices, ita ut ad Regios judices possit appellari, ut dixi in Reg. Cancel. 18. de infirm. resign. 186. *C. M. sur le Stile du Parlement, part.* 7. *q.* 85. Imo in hoc casu Judices seculares non Regii non exclu-

duntur à Judicibus Regiis, nisi per præventionem, *ibidem*.

Quid de possessore Curæ per octo annos, qui impeditur *par un devolutaire*; contra quem obtinet *Lettres Royaux* de pacificis possessoribus; judex super utraque instantia, *petitorio* & *possessorio*, jus semel fecit? Respondi bene judicatum: *C. M. sur l'Ordonnance de 1539. art. 59.*

PLOMB.

Plombum in Bullis, rescriptis aut in aliis provisionibus appositum, non habet vim in Regno Franciæ, nisi à domino Cancellario Litteris Patentibus suo figllo sigillatis approbetur, & instrumentum cui adaptatum est plumbum, & Litteræ Patentes sint registratæ in Curia Parlamenti: *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 186.

POSSESSION.

Possessio biennii per se bene sufficit ad excludendum sequestrem, sed non recredentiam Beneficii: *C. M. sur le Stile du Parlement, part.* 5. *q.* 39.

En matiere possessoire on peut prouver la possession par Enquête; *& ipse vidi, multas hujusmodi possessorias admitti, præcipue inter Cordigeros, & Curatos vicinos, ut insignis illa inter dominum* du Bellay, *Curatum sancti Severini, actorem in casu novitatis, contra Cordigeros, opponentes, & contrarias super hoc possessiones sustinentes, anno* 1531. *in Requestis Palatii; deinde per appellationem in Curia, ubi rursus Arresto decisum est*: C. M. sur le Stile du Parlement, part. 5 q. 135.

De possessionibus judicare non pertinet ad Ecclesiam: *C. M. sur le Stile du Parlement, part. 5. q. 276.*

Hodie Cura secularis indistinctè de omnibus rebus Beneficialibus, etiam spiritualibus, cognoscit ad finem possorii: *C. M. sur le Stile du Parlement, part. 5. q. 327.*

Sed non de re merè spirituali, vel de collatione Beneficii quoad petitorium; *quod esset justum si Episcopi scientiam cum zelo haberent sine ullo gratiæ, vel avaritiæ studio, saltem ut tempore legum, quæ sunt in Cod. de Episcop. audient. mutatis autem moribus justum est ea jura mutari*: ibidem.

Pòssessio prehensa Beneficii non debitè publicata, & resignante in possessione remanente, & post sex menses in eo moriente, non valet, ut plene scripsi super regulas Cancel.. *C. M. sur le Stile du Parlement, part. 7. q. 85.*

Possessio refertur ad titulum; ideoque nemo potest mutare causam possessionis suæ : *C. M. Conseil 10. n. 11. 12. & 14.*

In omni possessorio servandus est ordo Juris; Panorm. & Felin. *C. M sur le chap. 10. aux Decretal.* de Offic. & potest. de judic. deleg.

Probans antiquam possessionem, & allegans se possidere, præsumitur possessor ; Panorm. hic, coll. 7. & Francisc. Ripa, cap. sæpè, de restit. spoliator; *C. M. sur le chap. 15. aux Decretal.* de restit. spoliat.

Non potest dici possessio seu titulus coloratus, ex quo evidens est nullitas in titulo, & ita servatur : *C. M. sur le chap. 6. aux Decretal.* de concessione præbendæ.

Agenti de recuperanda possessione, non obstat exceptio criminis etiam cum infamia; quia tunc alias habuit possessionem ; nisi esset infamia notoria, non

ſolum notorietate facti, ſed etiam notorietate juris: *C. M. ſur le chap.* 13. *aux Decretal* de accuſationib.

Dic quod ad probandam poſſeſſionem immemorialem teſtes debent eſſe ætatis 50. annorum ad minus, ut poſſint deponere de proprio viſu & auditu 49. noviſſimorum annorum, deinde de auditu talium & talium antiquorum qui obierunt ante triginta, quadraginta, vel quinquaginta annos, in ætate 50. 60. vel 80. annorum, qui dicebant ſe ita vidiſſe, aut audiviſſe; & ita recte practicatur in utroque foro, ubi ſæpe à 25. annis cauſis, tam ſæcularibus quam Eccleſiaſticis judicandis interfui: *C. M. ſur le chapitre* 1. de præſcriptionibus in 6.

Ut poſſeſſio Beneficii poſſit acquiri ſolo facto, neceſſe eſt colorare hujuſmodi poſſeſſionem ſpecie tituli, ſi eſt quæſtio de re poſſibili, niſi ſub certa forma vel cauſa, ut notat gloſſa, pragmat. tit. de pacific. poſſeſſ. verbo *inquiritur*: C. M. ſur le Traité de M. de Selve, *de Beneficio*, q. 7. in verbo *recuperandi*.

Ut ſpoliatus Beneficii poſſeſſione poſſit ante omnia reſtitui, ſufficit quod apparenter doceat de titulo, *ibidem*, in verbo *Beneficio*.

Possessio in re Beneficiaria dicitur colorata, quandò prætenditur justus titulus apparenter & putative validus; secus si constaret de nullitate; *ibidem, part.* 3. q. 11. n. 34.

Citatio nulla non interrumpit triennalem possessionem de pacificis possessoribus: *C. M. sur la Regle* de annali possessione, *n.* 131.

Ex titulo minùs Canonico transfertur possessio Beneficii; imò respectu contendentis de titulo vel possessione ipsius Beneficii præcedit communis Sententia, & ita practicatur, & consului in Parlamento Parisiensi, *sur le Commentaire de Dynus* in jus Pontificium, *regula* 1. in verbo *obtineri*.

Cessat decretum de pacificis possessoribus quando provisio est viciosa & abusiva: *M. Louet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 15.

Ubi tanquam ab abusu potest appellari, cessat regula de pacificis possessoribus: *Vaillant*, ibidem.

A die apprehensæ possessionis, Episcopi, Abbatis, Beneficiati bona obligantur Ecclesiæ pro mala administratione: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 304.

Pendente lite non currit triennalis pos-

ſeſſio fundata, ſuper regula *de pacificis poſſeſſoribus*; talis enim poſſeſſor non poteſt dici poſſidere pacifice & quiete, propter litem & vitium litigii; cùm eo caſu nihil imputari poſſit litiganti qui litem contra legitimum contradictorem proſecutus eſt; & ita judicatum eſt in Curia Parlamenti Pariſienſis, anno 1578. menſe Junio, in publicis cauſarum actionibus *Chauvelin*, & *Lomede*, orantibus: *le même*, ibidem, *n.* 319.

Triennalis poſſeſſio in Beneficiis vera eſt præſcriptio, ex eo temporis ſpatio titulus Beneficii præſcribitur; & hæc præſcriptio plenum jus tribuit, & pleniſſimam domino ſecuritatem dat, nihil poſteà quærendum: dic igitur poſſeſſorem malæ fidei non poſſe juvari decreto *de pacificis poſſeſſoribus*: *le même*, ibid.

Regula de triennali poſſeſſione eſt utriuſque poteſtatis, Pontificalis, & Regiæ; ideò & in petitorio & in poſſeſſorio procedit; nec ideò mirum videri debet ſi Beneficia quæ ſunt in regia diſpoſitione, huic regulæ ſubjiciantur: *le même*, ibidem, *n.* 42.

Qui ab habente poteſtatem Beneficii titulum habet, qui pacifice per tres annos continuos poſſidet, & qui nullo in-

capacitatis vitio laborat, utitur trennali possessionis privilegio: *M. Loüet sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 32.

Possessio resignantis non prodest resignatario ad acquirendam triennalem possessionem, peculiaris & propria possessio necessaria est: *le même*, ibidem, *n.* 33. *&* 90.

Non junguntur tempora possessionis, sed bene potest conjungi jus; ita ut si quis pacifice possederit Beneficium per tres annos continuos, si controversia moveatur resignatario, poterit se jurare jure resignantis, & triennali ejus possessione: *Vaillant*, ibidem.

Ad accipiendam possessionem Beneficii per procuratorem, speciale mandatum requiritur: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 89.

Cum agitur de jure Beneficii conservando, aut de Beneficii mutanda qualitate, prædessorum possessiones junguntur & cumulantur: *le même*, ibidem, *n.* 90.

Titulus nullus Beneficii nihil conferre potest ad acquirendum privilegium triennalis possessionis pacificæ: *le même*, ibidem, *n.* 14.

Per triennalem possessionem pacifi-

ficam & tituli Beneficiorum, & jura quæ ad titulos spectant, præscribuntur, & hoc decretum de pacificis possessoribus, Ecclesiæ militari bonoque publico introductum est ne scilicet Beneficiorum possessores sint in suspenso, & longo tempore incerti; ideoque summo favore amplectendum; idcircò pro lege in regno reputatur : *le même*, ibidem, *n.* 161.

Qui, quantumcunque incapax, possedit Beneficium pacifice per biennium, & moritur, vacat hoc Beneficium per obitum, non per incapacitatem; & poterit conferre ordinarius per obitum secus ante obitum; nulla enim, cujuscunque temporis possessio juvat incapacem, vel coloratum titulum non habentem: *le même*, ibidem, *n.* 202.

In dubio præsumptio est pro possessore pacifico per triennium super ejus titulis & capacitatibus : *le même*, ibidem.

Possessio meri facti omnium oculis subjicitur, & hujusmodi possessionis probatio facilis est : *le même*, ibidem, *n.* 238.

Possunt plures tituli in collativis, etiam inter se discordantes, cumulari,

ad tuendam possessionem : *Vaillant*, ibidem, *n.* 315.

Sola triennalis possessio pacifica cum titulo colorato plenum dat dominium Beneficii possessori : *M. Loüet*, ibidem.

Interruptio naturalis in possessione prodest omnibus, civilis prodest tantum interrumpenti : *M. Loüet* & *Vaillant*, ibidem, *n.* 355.

Hodiè non agitur de petitorio Beneficii coram judicibus Ecclesiasticis, ubi lis terminata est super possessorio coràm judicibus sæcularibus : *Vaillant*, ibidem, *n.* 384.

Regula *de annali possessore* non habet locum in ordinario collatore : *M. Louet sur la Regle* de annali possessore, *n.* 115.

In facto possessionis spoliatus ante omnia restituendus : *le même*, ibidem, *n.* 122.

Lis incepta, & posteà neglecta, non impedit pacificam possessionem : *le même*, ibidem, *n.* 132.

Possessor Beneficii debet percipere quosdam fructus ad vivendum, ita ut omnes fructus à titulo Beneficii non possint separari ; *le même*, ibid. *n.* 133.

Possessio pacifica censetur quoad titulum, licet controversia mota sit super fructibus perceptis, aut nisi in manum regiam positi fuerint : *Vaillant*, ibidem.

Videtur quod ex titulo minus Canonico transferratur possessio Beneficii : *Du Moulin dans ses Notes sur le Commentaire de Dynus Muxellanus sur les regles de Chancellerie*, regula 1. *n.* 1.

Possidens Beneficium, etiam tanquam prædo, si spolietur, datur ei restitutio : *le même*, ibidem.

Quandoque titulus ipso jure extinguitur in persona unius, qui tamen possessionem retinet, quandoque sententia disponit de possessione Beneficii, reservato judicio tituli & proprietatis ; & hoc habet locum respectu contendentis de titulo vel possessione ipsius Beneficii ; *le même*, ibidem.

POSSESOIRE.

In Regno Franciæ concessio omnis possessorii vel quasi, etiam inter Ecclesiasticos, spectat ad judicem sæcularem, non ex privilegio Papæ, sed jure proprio : similiter recissio contractus de Beneficio, & re Ecclesiastica non spectat

ad Papam, nec ad Ordinarium Ecclesiasticum, sed ad Regem, & ita servatur in Gallia : *C. M. sur le chap.* 2. de Testibus in *6*.

Omne possessorium, & omnis causa possessoria, etiam ratione Beneficiorum Ecclesiasticorum, temporalis est & sæcularis, & non Ecclesiastici fori : *C. M. sur l'article* 1. *de l'Edit de Henry II. contra parvas datas*, sur le mot *Juges.*

Receptum est in Regno Franciæ possessorias lites, eorumque cognitionem esse fori sæcularis, non Ecclesiastici : *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 200.

PRÆSTIMONIE.

Præstimoniæ non sunt tituli Beneficiorum; præstimoniæ enim sunt piæ donationes Ecclesiis factæ, & ad Beneficium destinatæ; sed non sunt Beneficia; ideò non debent exprimi in Provisionibus Apostolicis, nec computantur in repletione Graduati : *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 147.

PREBENDE.

Præbenda per ſe prophana eſt : *C. M. ſur la Preface de la cauſ.* 1. *q.* 2.

Authoritate Epiſcopi poſſunt Canonici minuere Præbendas ; Panorm. hic : *C. M. ſur le chap.* 8. *des Decret.* de conſtitutionibus. Sed non poſſent dividere unam Præbendam inter plures, nec plures poſſunt eligi ad unam Præbendam ; alias caſſanda eſſet diviſio & electio : *C. M. ſur le chap.* 9. *des Decret.* de conſtitutionibus.

Hodie Præbendæ ſunt Beneficia incompatibilia, nec ea licet ſimul duo poſſidere : id ſancitum pluribus Curiæ Pariſienſis Senatus-conſultis : *Vaillant ſur les Notes de M. Loüet* ad regulam de de infirmis reſignantibus, *n.* 4.

Quæ ſint ſolemnitates obſervandæ in Præbendarum collatione, hoc pendet ex antiqua & laudabili cujuſque Eccleſiæ Conſuetudine, ſi modò jus commune, antiquorum ſaltum Decreta, generalia Concilia non repugnant huic conſuetuetudini ; alias ad ſumma tribunalia Franciæ foret provocandum abuſus nomine : *le même*, ibidem, *n.* 79.

Ut

Ut quis possit possidere Præbendam in Ecclesia Cathedrali requiritur quod habeat annos 14. in Ecclesiâ verò Collegiatâ, sufficit annus decimus : *le même sur la Regle* de Publicandis resignationibus, *n.* 327.

PREDICATION.

Pabulum verbi divi Episcopi, sive per se, vel per Vicarios sedulo populis annunciare tenentur per Capitulum 103. Caroli magni ; *ut fiat, tenetur Princeps sæculi sedulo curare, Deut. cap.* 17. C. M. sur le Stile du Parlement, part. 3. chap. 50. n. 2.

PRESCRIPTION.

Qui alieno nomine Beneficium possidet, non potest acquirere, etiamsi per decem annos possederit ; Panorm. hic, Philip. Decius conc. 121. in fine, ubi dixi : *C. M. sur le chap.* 9. *aux Decretal.* de dolo & contumacia.

Inferior non potest præscribere superioritatem contra suum superiorem ; *C. M. sur le chap.* 12. *aux Decretal.* de præscript.

Nec mille annis pignus præscribitur; Joan. Faber, Barthol. l. cum notissimi, §. eo tempore, Cod. de prescript. 30. vel 40. annorum; dixi in tractat. usurar. q. 8. *ibidem*.

Præscriptio completa non tollitur, licet aliquid contra fiat; Panorm. hic, Felin. cap. illud, coll. penult. conclus. 5. *C. M. sur le chap.* 15. *aux Decretal.* ibidem.

Si Jus non resistit possessioni, sed titulo, sufficit & tempus immemoriale sine titulo ad postulandas res Ecclesiasticas: *C. M. sur le chap.* 17. *aux Decretal.* ibidem.

De tempore præsciptionis, tempus malæ fidei deduci debet; Panorm. hic, & bene, scilicet de longissima præscriptione; quia præscriptio longi temporis ob vitiosum initium impeditur: *C. M. sur le chap.* 20. *aux Decretal.* ibidem.

Præscriptio contra Ecclesiam est per spatium 40. annorum, authenth. qui actiones, C. de sacrosanct. Eccles. Massurius in praticica tit. de præscr. 5. Item si Ecclesia, loquens de hac q. dixi in Consuet. Paris. §. 41. n. 61. *C. M. sur le Stile du Parlement, part.* 7. *q.* 84.

In præscriptione bonorum Ecclesiastico-

rum deducendum esttempus mali administratoris qui alienavit; *probando quod alienator erat, dissipator, sed non deduceretur tempus successoris, etiam dissipatoris, & hoc servatur in praxi, ut fuit decisum Arresto Senatus Parisiensis : vide Calderinum. Conf.* 3. de prescript. ubi etiam limitat; *Paul. Castrens. Consf.* 337. *columu.* 4. *lib.* 1. *Panorm. cap. ad nostram, de rebus Eccl. s. non alienand. Innoc. cap. tum ex litteris, de integrum restit. Glos. cap.* 1. *eod. tit. in* 6. *Petr. Corn. Conf.* 45. *in fine, lib.* 2. *Guid. Pap. decis. Delphin.* 150. C. M. sur le Canon 9. caus. 16. q. 3.

Præscriptione acquiritur jus privato, Consuetudine inducitur lex in publico; Panorm. hic, column. penult. cap. ad Apostolicæ, infrà, de decimis; Joan. Andr. cap. 3. ad finem, de Consuetudine, in 6. & in nov. Franciscus Ripa, de rescriptis, respons. 4, column. 4. & latius infrà, de causa possessionis & proprietatis; cap. cum Ecclesia num. 124. cum seq. *C. M. sur le chap.* 11. *aux Decretal.* de Consuetudine.

Etiam laïcus præscriptione Jus eligendi acquirère potest; Joan. Andr. cap. quod alicui gratiosè, de Reg. Jur.

in 6. Bellemer, hic, num. 30. Philipp. Decius, infra, de except. cap. cum venerabilis, column. 17. in rubrica, num. 8. & 161. Aretinus column. 2. de judiciis, Decius Conf. 117. *C. M. sur le chapitre 24. aux Decretal.* de elect.

Qui præscripsit Jus instituendi, non intelligitur præscripsisse jus destituendi, vel renunciationem recipiendi; alias diceretur præscriptum quod non fuit possessum *C. M. sur le chap. 13. aux Decretal.* de Hæreticis.

Privilegia non sunt subjecta præscriptioni; quia sunt meræ & voluntariæ facultatis, si privilegiati usi sunt privilegio in aliquibus locis, vel saltem in aliquo loco: *C. M. sur le chap. 24. aux Decretal.* de Privilegiis.

Prælati crebrius præscripserunt, contra Conventus & Capitula, ut dixi in Regul. de infirmis resign. num. 61. *C. M sur le ch.* unique *aux Decretal.* in *6.* de Capell. Monach.

Laïci jura spiritualia prescribere non possunt etiam tempore immemoriali; Hypol. de Marsilii, sing. 80. *C. M. sur le Traité de M. de Selve*, de Beneficio, *part. 2. q. 23. n. 25.*

Quandò ab abusu appellari potest, ibi cessat triennalis præscriptio : *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 54.

Præscriptio triennalis non currit in favorem præsentati à prætenso patrono seu collatore non habente potestatem præsentandi : *le même*, ibidem.

Prescriptio non potest approbare abusum, & ubi potest appellari tanquam ab abusu, cessat omnis præscriptio : *le même*, ibidem, *n.* 206.

Status & qualitas Beneficii per 40. annorum spatio præscribi & mutari potest, etiam si sint Beneficia Conventualia, exceptis tamen claustralibus Officiis quæ immutationi per viam præscriptionis non subjacent : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 440. Hic erravit author ; nam semper in magno Consilio judicatum fuit Conventualitatem esse qualitatem inpræscriptibilem ; & de hoc frequentiora sunt Arresta quam ut hic referantur ; & revera cultus divinus non debet subjacere conditioni temporum, & contra Deum nulla debet admitti præscriptio : *Vaillant*, ibidem.

Commenda sæcularis vel regularis prætextu nulla procedit præscriptio ad

immutandum statum & qualitatem Beneficii in commendam possessi; ita ut si regulare Beneficium per centum annos in commendam per sæculares obtineri solitum sit, vacat semper in titulum; imo commenda conservat Beneficii qualitatem regularem : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 440. Molinæus dicit quod si per 500. annos, imò si per mille; quia commenda non mutat qualitatem Beneficii, & de facili res debet redire ad sui naturam; *Vaillant*, ibidem.

PRESENTATION.

Tempus præsentandi non currit nisi à tempore notitiæ : *C. M. sur la Coûtume de Paris, tit.* 1. des Fiefs, §. 55. *Glos.* 10. *n.* 32. Nisi mors fraudulenter occultata fuit; notitia enim obitus intelligitur à tempore mortis notæ in loco obitus; & ita judicatum fuit per Arrestum latum die 23. Februarii, anno 1525. *ibidem*, n. 35.

Præsentatio à domino Superiori feudi feudaliter prehensi, facta ad Beneficium cujus præsentatio annexa est huic feudo, præferenda est præsentationi factæ à Vassallo pendente prehensione, etiam

si Vassallus præsentaverit infra tempus quadrimestre, & conqueratur de præsentatione Patroni feudi; modo tamen prehensio feudi sit valida, & non per judicem annuletur, *ibidem*, n. 36. & 37.

Commissarii à patrono feudi deputati regimen feudi prehensi, non possunt præsentare ad Beneficium, *ibidem*, n. 38. sequestres tamen possent, *ibidem*.

Speciale mandatum requitur ad præsentandum, *ibidem*.

Præsentatus debet esse præsens sensibus Prælati vel Vicarii, cui fit præsentatio: *C. M. sur la Coûtume de Paris, tit.* 1. des Flefs, §. 55 *Glos.* 10. *n.* 25.

Tempus legitimum ad præsentandum currit à die notitiæ mortis Beneficiati, *in loco, juxta Clementinam I. in fine, de concessione Prabendæ; quia regula non subest devolutioni, de qua in Jure Canonico, nec Concilio generali, de quo in cap. nulla, extra, de concessione Prabendæ; quia est antiquior & potior*: C. M. sur le Stile du Parlement, part. 5. q. 21.

Curatus habet præsentationem Ecclesiæ in sua Parochia constructæ, *quando ædificavit, velut in adjutorium sui*;

secus si esset Beneficium per se stans, quia haberet præsentationem, Episcopus autem institutionem; *Panorm. cap. cum Ecclesia, column. 4. de electione*: C. M. sur le chapitre 4. aux Decretal. *de ætat. & qualit. & ordin. Prælat.*

Obtinet præsentatio facta ab eo qui reperitur fuisse in possessione bona fide: si autem non constat uter fuerit in possessione, valet facta per eum qui reperitur verus proprietarius: si autem apparet eum qui non erat proprietarius, fuisse in possessione, sed mala fide, neutra valet, Henricus Bohic hic. Panorm. Francisc. Ripa cap. cum Ecclesia in fine, de caus. poss. 5. & propriet. *C. M. sur le chap. 2. aux Decretal.* de in integr. restit.

Monachi contradicere possunt intra sex menses post notitiam præsentationem seu collationem Beneficii factam ab Abbate; Joannes Andr. sed Panormitanus, simpliciter tenet glossam, & benè; & adhuc etiam si semper ignoraverunt, non possunt contradicere post semestre, sed remanebit præsentatio valida; possunt tamen Juris sui recognitionem prosequi, ne præscribatur,

per

per ea quæ dixi in Consuetudine Parisiensi, §. 37. Gloss. 10. q. 3. *C M. sur le chap. 6. aux Decretal.* de his quæ fiunt à Prælatis.

Præsentatio ad Beneficium, prævalet, quæ à majori parte facta est, dummodò alii sint præsentes vel vocati, juxta leg. majorem; de pactis; & tunc etiam per minorem partem remanet potestas, ut sæpè judicari vidi in Senatu Parisiensi idem si vel unus præsentaverit aliis non vocatis, si tamen infra tempus non sint conquesti, ut nove dixi in Consuetudine Parisiensi, §. 38. Gloss. 10. q. 3. *C. M. sur le chap. 3. aux Decretal.* de Jure patronatus.

In Regno Franciæ propter Concilium Basiliense, & Concordata, Episcopo præsentationi consentire nolente, non potest adiri nisi Superior immediatus; & adhuc in istis non aditur; quia aut patronus laïcus est, & non cogitur ullo casu, aut est Ecclesiasticus, & in permutatione spernitur; sed ubi alias agitur de perpetuo præjudicio, vocandus est coram Superiore immediato authoritate ordinariâ: *C. M. sur le chap. 17. aux Decretal.* ibidem.

Pæsentatio à bone fidei possessore

facta, prævalet, licet posteà ille possessor evincatur; Alexander, Consf. 75. col. 6. lib. 4. Guido Papa Consf. 92. Roch de Curta de Jure patronat. Verbo *competens alicui*, col. 3. & illud de bona fide limitant Gemin. Philipp. Franc. cap. eum qui, col. 1. de Præb. in 6. *C. M. sur le chapitre* 19. *aux Decretal.* ibidem.

Præsentatum ad Beneficium nondum vacans, non tenetur Patronus Beneficio vacante confirmare, nisi de honestate, vel si talis sit consuetudo præstituta, sed potest alium de novo præsentare; Panorm. *sur le chap.* 38. *aux Decretal.* ibidem.

Patronus in præsentando non potest uti his verbis, *concedo*, *do*, *trado*, *dono Ecclesiam*; potest tamen dicere, *concedo ut habeas Ecclesiam*; & tunc ponitur *concedere* pro *consentire*: ponitur tamen Ecclesia quandòque pro Jure patronatus, 16. q. ult. Can. *Memini*, & Can. *Si plures*: & dominium ponitur pro cura, cap. *Monasterium*, secundum Vincentium & Goffred. Joan. Andr. sic enim Pontifices post Gregorium VII. interpretati sunt, ut dixi in cap. *nobis*, extra, de Jure patron. *C. M. sur le ch.* 31. *aux Decret.* ibidem.

In præſentatione debet nominari ipſum Beneficium vacans, & ejus circunſtantiæ & conditiones : *C. M. ſur le chap.* 2. *aux Clementines*, de Offic. & poteſt. Judicis ordinarii.

Præſentatio non dat Jus in Beneficio, ſed ad Beneficium : *C. M. ſur le chap.* 1. *aux Clementines*, ut lite pendente nihil innovetur.

Liberè fieri poteſt Beneficiorum permutatio, etiam ſeorſim, & ex intervallo, per eos ad quos ſpectat inſtitutio vel collatio, etiam non requiſitis patronis Eccleſiaſticis : & ita ſervatur in tota Gallia, ut evitetur circuitus & abuſus Officialium, & non ſit opus pecunias mittere Romam. *C. M. ſur le chap.* unique, *aux Clementines*, de rerum permutatione ; item & Capitulum Sede vacante Epiſcopali poteſt admittere permutationes, *ibidem.*

Pendente lite, ſive in petitorio, ſive in poſſeſſorio, poteſt quis præſentare ad Beneficium quod pendet ex Beneficio de quo lis eſt : *C. M. ſur le Traité de M. de Selve*, de Beneficio, *part.* 2. *q.* 7. *in fine.*

Is cui recredentia ſeu fruitio fuit adjudicata pendente lite poſſeſſorii, non

poteſt conferre efficaciter quin collatio per alium facta prævaleat, ſi is in fine non obtineat; ſequeſter tamen ritè confert : *ibidem*, q. 9. *in principio*.

Jus præſentandi non tranſit in conductorem. Si Jus præſentandi competit Prælato ratione perſonæ, quia Prælatus non poteſt principaliter alienare, nec etiam acceſſorie, quia illud Jus per ſe principaliter ſubſiſtit; ſecus ſi Jus præſentandi ſit ratione rei alienabilis, ut eſt caſtrum; & tunc re alienatâ tranſit cum univerſo Jure rei; ideo ut tranſeat in colonum vel quemcunque alium requiritur quod res ipſa alienetur, ſaltem quo ad utile dominium : aliàs numquam tranſit, *ibidem*, q. 10. n. 1. & 3.

Laïcus converſus poſt profeſſionem emiſſam non poteſt præſentare ad Beneficium, licet nullum habeat ordinem, ſed ſufficit quod ſe & ſua obtulerit Monaſterio, & profeſſus ſit, *ibidem*, q. 19. in principio.

Ut excommunicatus non poſſit præſentare requiritur quod ſit publicè denunciatus, vel notorie; & hoc magis placet : immò ſufficit quod ſit publice excommunicatus ſeu non occulte, quia per pragmaticam, tit. *de excommuni-*

tatis, *non vitandis*, non validantur acti gesti per excommunicatos aliter quàm de jure, nisi in hoc quod communicantes non illigantur, nisi sit taliter publicatus, ut ibi habetur, *ibidem*, p. 3. q. 4. n. 19. & 24.

In præsentatione non licet Clerico variare; cap. cum est, extra, de Jure patronatus, *ibidem*, q. 11. n. 45.

Valet præsentatio facta à proprietario fundi cui annexum est Jus patronatus, tacente usufructuario, & vice-versâ: *C. M. sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 80.

Præsentationes, nominationes & collationes Beneficiorum, sunt in fructu: *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 31. Sed tamen non possunt conduci; *Vaillant*, Ibidem.

Papa ad præsentationem Patroni laïci potest conferre: *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 50.

Olim novæ Religionis homines poterant valide præsentare ad Beneficia quorum habebant Jus patronatus, eâ ratione; quod præsentatio est in fructu; & ita judicabatur in Curia Parisiensi: *le même*, ibidem, *n.* 419. Contrarium posteà obtinuit; & hodie cessat

exercitium Juris patronatus & collationis, dum dominus temporalis ab unione Ecccesiæ separatus manet, & collator ordinarius liberè confert : *Vaillant*, ib.

Ubi sunt plures copresentantes ad Beneficium, valet præsentatio ab uno facta si omnes patroni conveniant plus dico, quod etiam si aliqui, vel unus quidem, præsentent unum, valet præsentatio, aliis non conquerentibus infra tempus præsentandi, vel si alter, vel alii sive ad tempus, sive in perpetuum negligant, vel excludantur : sed quandò infra tempus conqueruntur, vel dissentiunt, non valent præsentationes, nec majoris quidem partis, nisi simul convenirent, & ita practicatur, in tantum quod si vel unus solus ex pluribus discordet, nisi infra dictum tempus simul convenirent, lapso tempore ordinarius providebit, etiam si plurium particulares præsentationes in unum convenire; & contra minoris partis, vel unius, qui congrue vocavit alios, qui convenire contempserunt, præsentatio prævalebit; & ita pluries in nostro Senatu judicari vidi : *Du Moulin dans ses Notes sur les Conseils de Decius ad Jus Pontificium*, cap. *cum omnes*, extra, *de constitutionibus*: in verbo *præsentare*.

PRESOMPTION.

Ex præsumptione violenta fertur Sententia diffinitiva, *in civilibus*, *non in criminalibus*; *Felin. hic*, *Angel. Perusius*, *l.* fur est, *de furtis*; *Panorm. l. fin. de probat. Philip. Decius cap.* tertio loco, *de Præbend. Hypol. Marsil. in rubr. de probat. leg. repet. col.* 10. *de quæst. Angel. Aretin. tract. malefic. versiculo* fama publica, *Verbo* comparuerint. *Alexander Cons.* 138. *num.* 5. *ubi dixi lib. 6.* C. M. sur le chap. 2. aux Decretal. *de præsumptionibus.*

Præsumptio specialis seu particularis vincit generalem & vagam : *C. M. sur le Titre* de regulis Juris, *in 6. reg.* 45.

Præsumptio est de incerto ; fictio vero Juris est de certo : *C. M. sur le chap.* unique, *aux Clementines*, de foro competenti.

Tres præsumptiones ad fraudem inferendam sufficiunt : *C. M. sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 112. 117. *&* 118. & *sur la regle* de Publicandis resignationibus, *n.* 363. & à numero 361. usque ad numerum 380. enumerantur diversi modi præsumptiones quibus co-

gnosci potest an resignatio sit fraudulenta.

Juris præsumptiones ex tempore vires & plenam probationem accipiunt ; *M. Loüet sur la Regl.* de publicandis resignationibus, *n.* 201.

Difficile est præsumptionum probationibus legem certam imponere ; pendent ex variis causarum figuris, in quibus multum potest judicis Officium ; una aliquando violenta ex reipsâ procedens probat, aliquando duæ fortiter urgent & probant ; communiter verò tres requiruntur : *le même*, ibidem, *n.* 250.

PREVENTION.

Etiam Jus pendens de jure præsentandi ad Beneficium, respectu Patronatus laïci, impedit præventionem Papæ, imo & reddit ejus provisionem seu collationem, subreptitiam, imo Jus ad rem eumdem effectum producit : *C. M. sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 72. *&* 73.

Præventio Episcopi, etiam inefficax, non prodest Papæ, nec Legàto à latere, sed prodest Patrono, Graduatis nomi-

minatis, & mandatariis, *ibidem*, nombre 74.

Præventiones Papæ super Ordinarios, odiosæ & restringendæ sunt, *ibidem*, *n.* 102.

Præventio Papæ reservata, intelligitur de simplici, non de dispensatoria contra regula, *de infirmis resignantibus*: & *de verissimili notitiâ*, ibidem, *n.* 135. & 335.

Inutilis præventio Papæ nunquam convalescit, *ibidem*, *n.* 181.

Tempore Decretalium non erat Jus præventionis, nec Papa contraveniebat Concilio Lateranensi, *ibidem*, n. 217.

Inutilis præventio Papæ, posteà non convalescit, *ibidem*, n. 223.

Ordinarius potest prævenire Legatum à latere ex capite resignationis per Legatum admissæ, *ibidem*; n 440.

Præventio habet locum in dignitatibus electivis, hujusmodi enim dignitates comprehenduntur nominatim in §. *Declarantes*, de Mandatis Apostolicis; nam Papa reservavit præventionem in conferendis dignitatibus & cæteris Beneficiis quomodocunque qualificatis: *M. Loüet* & *Vaillant sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 6. Sed fallitur

si res non sint integræ, & sit processum ad præludia electionis, tunc enim non potest per obitum Papa conferre illas dignitates per præventionem : *Vaillant*, ibidem.

Moribus nostris præsentatio debet pulsavisse aures Ordinarii ad effectum impediendi præventionem Papæ, quia præsentatio debet constare tribus personis, scilicet patrono præsentante, Clerico præsentato, & Clerico instituente & præsentationem admittente : sed vel minima exhibitio facta præsentationis Collatori sufficit ad impediendum præventionem ; quia tunc patronus non est in culpa ; & in hoc loco errat dominus Loüetius : *Vaillant sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 41.

In Gallia Papa solo Jure præventionis gaudet, & non potest prævenire patronum laïcum intra tempora ei ad præsentandum concessa, *le même*, ibidem.

Præsentatio sola non impedit præventionem Papæ; & in hoc fallitur dominus Loüetius, *le même*, ibidem, *n.* 73. & 74. & respectu præventionis res est adhuc integra, donec præsentatio fuerit

exhibita collatori, *le même*, ibidem.

Præventiones Papæ non extendendæ sunt, sed tantum re integra tolerandæ: *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 98.

Legati à latere non habent privilegium præventionis, & provisio super tali præventione esset abusiva: *le même*, ibidem, *n.* 139.

Preventio per cursores velocissimos & extraordinarios concessa, valet: *le même*, ibidem: Sed debet constare per instrumentum authenticum de expeditione cursoris extraordinarii: *Vaillant*, ibidem.

Præventio Papæ etiam habet locum in Britannia: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 140. Nota quod Papa in Britannia non potest prævenire Collatores ordinarios in mensibus eis reservatis & deputatis: sed verum est quod possit admittere resignationes in favorem quolibet mense anni; & eodem Jure Senatus Redonensis pro Collatoribus ordinariis sæpius judicavit quod possunt puras & simplices demissiones in mensibus Papæ admittere; quia debet esse par omnium conditio: *Vaillant*, ibidem.

Quidquid hic dicat in contrarium

Loüetius sentio Graduatos super Cardinali collatore, debere gaudere privilegio indulti Cardinalis quoad præventionem solummodò, cæteris stantibus in dispositione Juris communis; quia Collator in mensibus Graduatis reservatis non est semper Collator necessarius; quia potest contingere quod nullus sit Graduatus super eum debite qualificatus, & sic libere conferre; & ita potest dici quod ejus intersit quod citius, Graduati repleantur, ut exoneretur, & sic cum agatur de aliquo commodo Collatoris, non video cur non sit indultum Cardinalis adaptandum Graduatis : *le même*, ibidem, *n.* 252. Et nominatos & graduatos Papa potest prævenire : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 252.

Papa, potest prævenire nominatos à Curia Parisiensi; sed non Legatus, etiam à latere : *le même*, ibidem, *n.* 253. Hodie tamen Legatus, si hoc habeat in facultatibus suis, potest prævenire, etiam nominatos à Curia : ita judicatum in magno Regis Consilio pro Legato Avenionensi : *Vaillant*, ibidem, *n.* 253.

In collationibus Cardinalium nullæ sunt præventiones Papæ nisi post sex menses : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 328.

Inter Legati facultates ea solet inscribi ut Ordinarios collatores possit prævenire ; quæ à Senatu Parisiensi probata sine modificatione solet observari : *le méme*, ibidem, *n.* 442.

Judicatum est in magna Senatus Camera quod cum Bancarius instrumentum procurationis ad resignandum Romam misisset per cursorem ordinarium, postea occasione cursoris extraordinarii quem Romam miserat, procuraverat ut data super resignatione cujus instrumentum jam miserat, retineretur ; & cum inter moras resignans decessisset, locum non esse præventioni in vim provisionis expeditæ super data antequam mandatum pocuratorium Romæ pervenisset : *le même sur la Regle* de Publicandis resignationibus, *n.* 218.

Judicatum sæpiùs quod Legatus Avenionensis possit prævenire per cursores velocissimos ; sed debet constare de expeditione ejusmodi cursorum ; alioquin tempus Ordinarium verisimilis notitiæ inspicitur : *Vaillant sur la Regle* de verisimili notitia, *n.* 28. Et hæc est partiter opinio Loüetii, *ibidem*.

Jus ad rem in Beneficio potest impedire præventionem Summi Pontificis ;

cum res non sit amplius integra; ideòque collatio facta absenti impedit pariter Papæ præventionem, etiam ante acceptationem ejus cui Beneficium collatum est; *M. Loüet*, ibidem, *n.* 78. Non sufficit habere jus ad rem, ut in præsentatione quæ dat jus ad Beneficium, quæ non impedit præventionem Papæ, nisi exhibita fuerit Collatori ordinario, *Vaillant*, ibidem.

PREUVE.

Singula ad probandum per se non sufficiunt, sed omnia simul juncta; sic Panorm. & Felin. *C. M. sur le chap.* 13. *aux Decretal.* de præsumpt.

Probationes factæ coram judice incompetenti faciunt fidem in alio judicio; *dic melius probationes factas coram judice suo, inde valent, licet Sententia privationis, ob defectum ordinis post probationes commissum, sit nulla:* C. M. sur le chap. 22. aux Decretal. *de accusation.*

Confessio adversarii adjuvat dubiam probationem : *C. M. sur le chap.* 14. *aux Decretal.* in 6. de rescriptis.

In pœnis liquidæ esse debent, non

occultæ probationes : *M. Loüet sur la Regle* de Infirmis resignantibus, *n.* 396.

Legitima probatio est fraudis & simulationis per præsumptiones : *le même sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 4.

PRIEURE'.

Prioratus tunc est dignitas quando Prioratus est Conventualis ; alias non : *C. M sur le Taité de M. de Selve*, de Beneficio, *part.* 3. *q.* 11. *n.* 28.

PRIMAT.

Primatus sumitur pro functione & dignitate cujusque Primatis vel Patriarchæ in sua provincia, & quod unus nihil potest in provincia alterius : *C. M. sur le Canon* 7. *caus.* 9. *q.* 2.

Bituricensis Archiepiscopus est Primus Primas post quatuor antiquos Patriarchas : *C. M. sur le chap.* 17. *aux Decretal.* de Offic. judic. ordin.

PRISONNIER.

Nota quod eo ipso quod quis detine-

tur in carcere, dicitur legitimè impeditus ad solvendum in terminis : *C. M. sur le chap. 7. aux Decretal.* de pignoribus.

PRIVILEGE.

Quando Privilegium absentis est notorium, absens non debet notari suum allegaturus privilegium, *C. M. sur le chap. 6. aux Decretal.* de rescriptis.

Privilegium quo Capitulum posset excommunicare unum è Canonicis in casu offensæ, esset nullum in hoc regno, & etiam abusivum, & etiam ab executione posset tanquam ab abusu appellari ad Parlamenta Regia : *C. M. sur le chap. 33. aux Decretal.* de rescriptis.

Privilegium nocivum revocandum est: *C. M. sur le chap. 9. aux Decretal.* de decimis.

Privilegium à Papa concessum, censetur limitatum ad possessiones existentes tempore privilegii ; & ita sæpè cum peritis consului ; facit Jason. in l. *qui filiabus*, column. 2. de leg. *C. M. sur le chap. 22. aux Decretal.* de privilegiis & excessibus privilegiatorum.

Generalis

Generalis confirmatio privilegiorum intelligitur tantum de justis; textus & ibi Bald. cap. 1. in principio, per quos fiat investitura; speculator de instrumentis edendis, §. *Tunc aliqua*, versic. *quæso videamus*; Cyn. Bald. l. 1. in principio, l. omnes populi, & ibi Jason. column. 5. de instit. & jur. Alexand. Conf. 59. lib. 1. Conf. 125. lib. 2. *C. M. sur le chapitre.* 1. de Jurejurando. in 6.

Privilegia motu proprio concessa, seu ad instantiam alterius quam privilegiati, vel si alias de concedentis intentione appareat; non statim vim habent quo data sunt & concessa; secus si quis per se vel per procuratorem, aut nuncium impetrat, & statim valent; Hostiensis cap. 1. extra, de privilegiis: *C. M. sur le chap.* 1. de concessione præbendæ in 6.

Ecclesia pro rebus & bonis Ecclesiasticis gaudet tantum privilegiis in casibus jure expressis; adde Carolum Ruinum, Conf. 122. num. 6. lib. 5. *C. M. sur le chap.* 4. de censibus. in 6.

Tene quod in privilegiis argumentum à contrario sensu non habet lo-

cum; Philipp. hic, Jason leg. 1. column. 12. num. 55. de Offic. ejus cui Mandata est Jurisdictio : *C. M. sur le chap.* 11 *in 6.* de Privilegiis.

Privilegia quibus derogatur, nominari & exprimi debent : *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 127.

Privilegia à Sede Apostolica per Reges, Universitatem, Civitatem, aut aliam communitatem obtenta, favorabilia sunt; quia bono publico inducta & concessa, publicam utilitatem spectant, non privatam : *le même*, ibidem, *n.* 282.

Privilegia quæ à Papa Regi proprio nomine conceduntur, personalia sunt, & cum Regis persona pereunt; quia autem à Sede Apostolica non tam Regi quàm personæ dantur, perpetua sunt; sed praxis regni desiderat talia privilegia seu Indulta in summo Parisiorum Senatu registrari ad perpetuam rei memoriam; & si posteà Romæ aliquid fieret contra; tùnc appellationis tanquam ab abusu remedio omnia annullarentur, *le même*, ibidem, *n.* 316.

PROCEDURE.

Rex cum ſit Dominus ſupremus in regno ſuo, debet formam proceſſus judicialis præſcribere : *Vaillant ſur la Regle* de annali poſſeſſore, *n.* 112.

PROCESSION.

Canonici *du Mans* condemnati ſunt non obſtante poſſeſſione allegata, eundi ad Proceſſiones cum ſuo Epiſcopo, *quamvis exempti; quia non ſunt exempti à Jure reverentiali; Baldus l. libert., libertaque, C. de operar. libert. nec ab onere & obligatione miniſterii communis, ſed tantum à contentioſa Juriſdictione :* C. M. ſur le Stile du Parlement, part. 5. q. 326.

PROCURATION.

Revocatio Procuratoris ſuperveniens poſt concluſum in cauſa, non annulat actus qui tunc fient cum eo; Lancellot. Decius l. *Liberto*, §. Largius, in fine de annuis legatis : *C. M ſur le chap. 8. aux Decretal.* de Procuratoribus.

In crminali causa nemo admittitur ex Mandato alterius seu nomine Procuratoris, nec in agendo, nec in deffendendo; *si tamen Procurator intervenerit, & non fuerit objectum, valet quod cum eo fit, ut notatur in cap. 1. de Judicis, in 6. & facit quod notatur Cod. de adult. l. quamvis indubitati*; *Joann. Andr. dixi ad Alexand. lib. 6. Cons. 4. Hieron. Gratus, Cons. 98. lib. 1. Carpoli, Cons. 41. 46. & seq.* C. M. sur le chap. 15. aux Decretal. *de accusation.*

Tenetur Procurator Mandatum probare, si hæc exceptio opponatur, nisi fuisset prius pronunciatus Procurator; *C. M. sur le chap. 1. aux Decretal. in 6.* de electione.

In omni casu ubi venit examinanda qualitas personæ, an sint litterati, vel periti in arte, non admittitur Procurator; Philip. Franc. *C. M. sur le Titre* de Regulis Juris, *aux Decretal. in 6.* reg 68.

Regularis non potest admitti Procurator sine licentia Superioris; *idem Panormit. hic, Philipp. Decius, cap. 2. num. 8. de Judiciis, & practicavi* in executione Arresti Prioratus sancti Ge-

nitoris anno 1536. ad excludendum accersitos opponentes: *C. M. sur le chap.* 3. *aux Clementines*, de Procuratoribus.

Mandatum finitur morte naturali, & etiam civili mandantis, imo & cessione commendatarii : *C. M. sur le chap.* 4. *aux Clementines*, ibidem.

Procurator, si est constitutus à Collegio in causis in quibus potest, omnibus de Collegio mortuis, & aliis subrogatis, durat ejus Officium, ut determinat Dynus, *ibidem*.

PROFESSION EN RELIGION.

Anno 1550. vidi magnam dubitationem in Senatu Parisiensi, ubi non potuit promptè decidi, an esset professus, quia in instrumento professionis, quod audivi legi, erat clausula, *salvo fragilitatis humanæ casu*; dicebat enim adversarius professionem nullam, & sic incapacem Beneficii: *C. M. sur la Preface de la cause* 26. *q.* 1. Eamdem quæstionem refert in notat. ad Decium., ad cap. quæ in Ecclesiarum, *n.* 13. Sed alio anno, nempe mense Januario 1548. in eodem Senatu agitatam.

Omnino requiritur expressa vel tacita professio : *C. M. sur le Canon 40. caus. 27. q. 1.*

Annus noviciatus ad ingressum in Religionem, debet esse continuus ; sed si per sex menses, & Tyro exivit, & posteà rediit, deberet habere annum integrum ; Barthol. l. finali, §. *Quoties*, Panormit. ad cap. *ad Apostolicam*, de reg. Juris, eod. cap. *allegat.* 47. Philipp. Franc. hic, quamvis glossa sequatur Petrus Rebuffus tract. de nominat. q. 23. num. 18. *C. M. sur le Titre* de Reg. Jur. *aux Decretales in 6. Reg. 31.*

Professio tacita non obligat professum, sed Monasterium ; *transeat respectu* eorum qui permittunt habitum, indistinctum, non possint expellere quem sic admiserunt ; sed respectu ingressi, probare oportet quod sciebat qualitatem & effectum habitus ; & adhuc hoc probato, si constet quod protestabatur se nolle profiteri, potest exire ; & generaliter omnis tacita professio, & odiosa est, & strictè interpretanda respectu ipsius ingressi : *C. M. sur le chap. 1. aux Clementines*, de Religiosis.

Per professionem expressam in regula

& ordine Monaſtico approbatus, vacant Beneficia, etiamque Beneficium quod teneretur in commendam, & licet hoc Beneficium dependeret ex Ordine in quo titularius profiteretur, & vota emitteret: *M. Loüet ſur la Regle* de publicandis reſignationibus, *n.* 81. Hæc opinio fundatur in Jure, quo illa mutatione ſtatus perdit omnia jura quæ habet ut ſæcularis; & ſic ceſſat effectus commendæ, quæ ei ut ſæculari conceſſa fuit: *Vaillant*, ibidem.

PROTESTATION.

Proteſtatio debet eſſe ſpecifica; Bald. ſing. cap. *Paſtoralis*, col. 2. de except. *C. M. ſur le chap.* 31. *aux Decretal.* de Teſtibus; ideò valet proteſtatio, ſi eam præceſſiſſe vel interfuiſſe conſtet, & toties repetita quoties actus repetitus, ut tenet Anthon. Butr. & præpoſitus in cap. *Is qui fidem*, extrà, deſponſal. & matrimon. Alciat. tract. de præſumpt. part. 2. num. 20. *C. M. ſur le chap.* 6. *aux Decretal.* de conditionibus appoſitis in deſponſatione.

PROVISION.

Provisiones Summi Pontificis, quæ incapacitate personæ, subreptione, obreptione, aut alio vitio nullitatem inducunt, non impediunt vacationem Beneficii per obitum, & possunt ordinarii Collatores tali Beneficio ut vacanti legitimè providere : *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 21. Ce qui a fait dire à M. Antoine Vaillant au même endroit, que *nulla Papæ provisio non impedit provisionem Ordinarii.*

In concurrentia datæ provisionum Summi Pontificis, & Ordinarii Collatoris sine horæ adjectione, prævalere ordinarii collationem judicarunt nostri; Papa enim habet solam præventionem, quæ hoc casu speciali cessare dicitur propter incertitudinem temporis : *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 77. Idem judicatum Arresto Senatus Parisiensis 21. Julii, pro Prioratu sancti Germani, in casu requisitionis factæ à Graduato eadem die Provisionis Papalis, prævaluit requisitio : *Vaillant*, ibidem.

Provisio

Provisio Papæ nulla, non impedit provisionem Collatoris ordinarii; puta si Papa contulisset incapaci Beneficium in Curia vacans, etiamsi collatio Ordinarii facta fuisset intra mensem in hoc casu Papæ datum ad conferendum; *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 178.

Provisio Beneficiorum non testibus, sed scripto probatur, & hæc scriptura quoad provisionem essentialis est; *le même*, ibidem, *n.* 308.

Ante adeptam possessionem Beneficii, provisio est perfecta, quia ex quo gratia concessa est, censetur perfecta: *le même*, ibidem.

Monalium Monasteriorum provisio ad Regis nominationem pertinet; *le même*, ibidem, *n.* 311.

Quotiescumque provisio nulla est, vel venit annullanda ex personæ incapacitate, vel deffectu formæ seu solemnitatis essentialis, nullum operatur effectum, nec impedit Beneficium ità nulliter collatum, vacare per obitum resignantis; & ideò Collatores ordinarii Beneficia ut vacantia per obitum, conferre poterunt; *le même*, ibidem, *n.* 448.

Juris certissimi est omnia in Provisionibus Apostolicis quæ sunt gratiæ, exprimenda esse, quæ ad concedendam gratiam Summum Pontificem suadere aut dissuadere, movere aut dimovere possent : *le même sur la Regle* de verissimili notitia, *n.* 86. Obreptio vel subreptio provisionem prorsus annullat; ideò cautè exprimenda quæ de jure exprimi debent, *Vaillant*, ibidem.

PUISSANCE PATERNELLE.

Sacerdotium non solvit patriam potestatem, *sed solus Episcoparus*; *Hostiensis*, *Anthon. Butt. Joannes Andreas hic*, *Immola in rubirc. de Pecul. Clerio. ad finem*, *Angelus Aretinus*, *Instit. quibus modis patria potestas solvitur*, §. *Filius familias*, *num.* 5. *Jacob. de sancto Georgio*, *in tract. de oper. columm.* 4. C. M. sur le chap. 3. aux Decretal. *de ætate & qualitate*, *& ordine præficiendorum.* Item Clericus in sacris constitutus non est exemptus à patria potestate : *C. M. sur le chap* 54. *aux Decretal.* de Sentent. excommuni.

QUESTION.

ETIAM Clerici possunt torqueri, nec alias infames; nec in hoc differunt à laïcis, ut tenet Panormitanus, hic, quem sequitur Felinus in cap. olim, de Rescript. Philip. Decius in cap. delectis, in principio, de appellat. cap. At si Clerici, col. 9. de Judic. Alciat. cap. 1. num. 44. de Offic. ordin. & ita practicatur, quamvis aliter velit Hypolit. de Marsil. singul. 55. & in l. Edictum, num. 14. de quæst. & in sua practica: *C. M. sur le chap.* 1. *aux Decretal.* de deposito.

RAPT.

NON est dubium eum qui filiam ignorante patre rapuit, crimen raptus commisisse; & ita in tota Gallia, ut multis Arrestis Senatus Parisiensis sæpè definitum est: *C. M. sur la preface de la cause 36. q. 1.*

Jure Canonico raptor non potest nubere cùm rapta; sed de Jure civili secus est; leg. unica, cum ibi notatis per Gloss. & Doctor. Cod. de raptoribus virginum: *C. M. sur la preface de la cause 36. q. 2.*

Raptus qui fit etiam ex consensu filiæ, aut uxoris, aut filii familias, est verus raptus in parentes, l. unica, Cod. de raptoribus; unde in Gallia spreto Jure Canonico, raptores capite puniuntur, & bene: *C. M. sur le chap. 27. aux Decretal.* de raptorib.

RECONVENTION.

Dic quod Clericus non potest de cri-

mine reconveniri coram laïco, etiam civiliter ; sed etiam civiliter damnatus à suo judice, vel confessus, cum sit infamis infamia juris, potest deponi ; Panorm. Decius : *C. M. sur le chap.* 4. *aux Decretal.* de Judic.

Ut sit vera reconventio ad effectum simultanei processus, vel jurisdictionis prorogationem, debet fieri ante litem contestatam, vel statim post ; Joan. Andr. Panorm. *C. M. sur le chap.* 1. *aux Decretal.* de mutuis petitionibus.

RECREANCE.

Il est convenable d'adjuger la récreance d'un Benefice contentieux, sans le laisser en sequestre ; *imò hodie* 1543. *fuit judicatum, quando res exigit ; nec observatur hic confutationes* ; Arrest à Tholose 20. *non tamen quod iste cui* a été adjugée la récreance, *manuteneatur* ; *sed dicitur* qu'il joüira, *& absolvetur à conclusionibus adversariorum cum impensis* : C. M. sur l'Ordonnance de 1539. art. 58.

Sententiæ recredentiæ executioni demandantur per provisionem, non obstante appellatione ; nec tenetur fidu-

ciarius possessor cautionem aliam quam juratoriam dare : *M. Loüet & Vaillant*, ibidem, *n.* 267.

RE'CUSATION.

Si media récusationis sint notoriè injusta, tunc judex illa repellere potest : *C. M. sur le chap.* 2. *aux Decretal. in* 6. de appellationibus.

REGALE.

Curata Beneficia, seu Beneficia Parochialia excipiuntur à regaliâ : *C. M. sur le Stile du Parlement, partie* 2. *chap.* 3. *n.* 2.

Sufferentia quoad fidem & homagium in feudis concessa à Rege, non impedit jus regaliæ quoad Beneficia quæ vacant Sede vacante; *dixi in Consuetudine Parisiensi*, §. 27. & de hoc facta fuit expressa constitutio per Regem Philippum IV. *Vide Ruzeum in tract. Regal.* C. M. sur le Stile du Parlement, part. 2. chap. 3. n. 3.

Rex non perdit collationem, neque jus ipsius, sed illud conservare potest, licet regalia sit clausa, *nisi* post 30. an-

nos ab ea clausa, constitutio Ludovici XII. *ibidem*, *n.* 4.

Quantum ad Regalias quas nos & nostræ prædecessores percipere consuevimus; *Regalia confirmata ad verbum per Joannem I. anno* 1151. *publica in Curia* 5. *Januarii* 1355. *vide constitutionem Philippi Valesii de jure regaliorum, inter novissimè Gallicè impressas, fol.* 4. *ubi male tribuitur Philippo pulchro, facit infra part.* 7. *Arresto* 56. C. M. sur le Stile du Parlement, part. 3. ch. 31. n. 1.

Les Prebendes, Dignitez & Benefices vacans de fait, seulement, tombent en regale, suivant la Constitution du Roy Philippes, du mois d'Octobre 1334. *Hæc constitutio refertur infra part.* 5. *q.* 168. C. M. sur le Stile du Parlement, part. 3. chap. 31. n. 1. *in fine.*

In materia Regaliæ, cognitio & judicium spectant ad Parlamentum Parisiense, licet Beneficia & partes sint extra, ut etiam nuper vidi judicari de Præbenda Rothomagensi, & mense Martio 1548. de Præbenda Bajocensi : *C. M. sur le Stile du Parlement*; *part.* 5. *q.* 38.

In materia Regaliæ vocant vindicias *statum*, in aliis vocant *recredentiam*, ib.

Anno Domini 1334. Constitutio facta

eſt ſuper Regalia per Regem Philippum; *ſcilicet ſextum*, *vulgò* Valeſium, *habetur ſupra*, *part.* 3. *tit.* 31. §. 2. *adde infra*, *q.* 188. *Sed hodie quidam incipiunt negligere*, *vacatione facta tantum contra eum cujus conſtat primo de vero titulo*, *ſecundo de diligentia quod per eum non ſtetit*, *ſed ante Regaliam apertam petiit recipi & inveſtiri de facto*, *quòd Capitulum denegavit*, *& quadam Arreſta feruntur*, *& hoc æquum* : C. M. ſur le Stile du Parlement, part. 5. q. 168.

Regalia fuit & ante ſextum Decretalium Bonifacii VIII. & ante Decretales Gregorii IX. ut dixi in Conſuetudine Pariſienſi §. 27. n. 10. *C. M. ſur le Stile du Parlement*, *part.* 5. *q.* 170.

Vetus eſt conſuetudo Juris Regaliorum; & à Rege Beneficia conferendi in Gallia, ut refert ſpeculator tit. de Legato, §. *Nunc tractemus*, verſ. *ſed nota*; & Joannes Andræas ibi in annotat. & in cap. 2. *de Prabendis*, in 6. & in hoc Regno tam fideles ſunt ſubditi ut nullus unquam regalia impugnaverit, nec exteri quidem, niſi ſolus Bonifacius VIII. qui ob id Philippum Pulchrum excommunicavit, regnumque

interdictum primo occupanti dedit; sed omnia frustra, nisi malo suo exitio, ut Anthonius, & omnes Cronographi testantur, & Canonistæ in cap. generaliter, de electione, in 6. *C. M. sur le chap.* 3. *aux Decretal.* de Institutionibus.

Rex in Regalia Beneficiis vacantibus cognoscit, etiam de petitorio; quia hujusmodi Beneficiciorum est collator & cognitor ratione coronæ suæ, & non ex alterius cujusvis, etiam Pontificum, privilegio, ut dixi in Consuetudine Parisiensi §. 27. col. ult. Imo jure primitivo & divino omnis judicialis & contentiosa cognitio, etiam mere Ecclesiasticorum, negotiorum spectat ad Regem: *C. M. sur l'Edit de Henry II. contra parvas datas*, sur le mot *Juges*. Ideo Judex sæcularis de regalia solus cognoscit, etiam de petitorio: *C. M. sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 418. Sed solus Senatus Parisiensis cognoscit de regalia & de Beneficiis vacantibus in regalia per totum, *ibidem*, n. 421.

In regalia servantur leges Regni, non jura Papalia, *ibidem*, n. 419.

Durante Regalia Rex potest expedire permutationes & resignationes in favo-

rem, & pensiones creare, *ibidem*, *n.* 422.

Cum Capitula conferunt Præbendas Ecclesiæ Cathedralis, eo casu Canonicatus non debent subjacere Juri Regaliorum; secus si de antiqua partitione constet, facta inter Episcopum & Capitulum; *Vaillant sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 75.

In regalia hodie habet locum regula de pacificis possessoribus ex Edicto anni 1606. *le même*, ibidem, *n.* 101.

Episcopo Cardinalis dignitatem accipiente aperitur regalia: *M. Loüet*, ibidem, *n* 246.

Regaliæ cognitio soli Parisiorum Parlamento data est constitutione Henrici II. mensis Octobris, anni 1552. Idem constitutum fuerat Ludovici XI. constitutione, sub data 24. Maii 1463. *le même*, ibidem, *n.* 421.

Regalia potest tantum præscribi 30. annis, non triennio; sed tamen hodie nova jurisprudentia regula de pacificis possessoribus locum habet in regaliâ; & ità statutum est constitutione mensis Martii; anni 1606. art. 27. & sufficit quod pacifica triennalis possessio sit fundata super titulo colorato: *le même*, ibid. *n.* 421.

Ut sit locus regaliæ sufficit quod Beneficia curam animarum non habentia, vacent & non sint repleta de facto vel de Jure : *le même*, ibidem, *n.* 422.

Jura regaliæ postulant ut apertâ regaliâ statim omnia Beneficia simplicia possessione destituta vacent, nullo vacationis genere exempto ; & possessio capta per procuratorem non impedit regaliam ; sola possessio capta in propria persona excludit regaliam : *le même sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 135.

REGREZ.

JURE concordatorum regressus in resignationibus Beneficiorum rejecti & damnati sunt : *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 15. Regressus in Beneficiis damnati : *Vaillant*, ibidem.

Rex non potest admittere regressus ; quia non potest aliquid contra leges & libertates regni, quæ id prohibent, cum regressus sit species reservationis ; & revera hos regressus Rex non probat : *Vaillant*, ibidem.

In simplici & pura resignatione non

datur regressus : *M. Loüet sur la Règle* de infirmis resignantibus, *n.* 90. Judicatum in contrarium quod in pura & simplici resignatione regressus potest locum habere ; & revera eadem subest causa ; quia regressus licet canonibus reprobatur, admittitur tanquam humanitatis remedium : hodie horum regressuum usus frequentior est, & deberet restringi : in magno Consilio sic regressus damnantur : *Vaillant sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 90.

Conventiones regressum continentes, sunt reprobatæ, & si in Curia Romana omologarentur, ab eorum omologatione esset locus appellationi tanquam ab abusu : *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 149.

Omnes pactiones in mandato ad resignandum positæ, regressum continentes, nullæ & abusivæ sunt ; & ita judicatum est Arresto Senatus Parisiensis, 7. Septembris anni 1551. *M. Loüet sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 6.

Cum non detur regressus ei qui semel resignavit Beneficium, maximè si resignatio est pura & simplex, periculosum est resignare : *le mêm :*, ibid. *n.* 77.

Nota quod in casibus in quibus regressus potest dari, non licet eum stipulari, sed debet impetrari vitâ Juris, & causâ cognitâ; quia hæc pactio regressus non est licita : *Vaillant* ibidem, *n.* 295.

RE'HABILITATION.

Papa potest quidem rehabilitare in spiritualibus, sed hujusmodi rehabilitationes non habent effectum retroactivum; Papa enim non potest rehabilitare ad effectum retroactivum : *C. M. sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 398.

Clerico qui commisit homicidium, duo necessaria sunt ut possit esse capax Beneficii adispicendi, rehabilitatio à Summo Pontifice, vel ab Episcopo, ex qualitate homicidii, & diploma regium indulgentiæ seu remissionis, nec unum sine alio ad obtinenda Beneficia prodesse posset : *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 397.

RELIGION.

Patre Religionem solemniter ingresso, statim filius ejus debet habere

bona ipsius non expectato obitu naturali patris, ut tenet Philip. Franc. in rubrica de testamentis, col. 35. in 6. & Anthon. Corset. in singul. verbo *legitima*, & benè : *C. M. sur le chap.* 14. *aux Decretal.* de regularibus.

RENTES CONSTITUE'ES,

Indocti putant non aliud esse fundamentum redituum vulgarium, quam duas extravagantes, *Regimini*, in titulo de emptione & venditione, *aux extravagantes communes* ; & malè, quia nullo modo in illis fundantur, sed in aliis justis causis ; quas latè novè discussi in tractatu *de reditibus vulgaribus*, q. 74. & 75. *C. M. sur le chap.* 1. *aux Extravagantes communes*, de emptione & venditione.

RENONCIATION.

Nemo potest renunciare Beneficio inconsulto Episcopo ; *etiam causâ permutationis ; sed si injuste recusat, potest adiri Superior, per notam, infra, de Jure patronatus, cap. nullus : hanc quæstionem habui vacante nuper Papatu:*

C. M. sur le chap. 4. aux Decretal. *de renunciatione.*

Renunciatio facta vi vel metu, est nulla; *idem Decis. Tholos.* 286. *Sed quod ipso jure nulla sit; tenet glossa pragm. de electione*, § 4. *verb. liberè; Fortun. Garsias in Rubric. de justitia & jure*, 22. *illat. Philippus Decius, cap.* 2. *num.* 4. *de Rescriptis, ubi dixi, & ibi Franciscus Ripa, num.* 22. *Decius, Cons.* 219. *num.* 5. *& ita in Gallia practicari vidi per judices seculares, sine novo titulo & nova possessione,* C. M. sur le chap. 5. aux Decretales, *ibidem.*

Renunciatio facta intra manus laïcas, non valet, *quoad etiam renunciantem*, licet causa cognita privari possit; *C. M. sur le chap.* 8. *aux Decretal.* ibidem.

Renunciatio Beneficii facta per metum justum, est ipso jure nulla, hoc verum putarem in Beneficio electivo; tamen regulariter renunciatio Beneficii per metum facta, valet, sed est annullanda; vide quæstiones Tholosanas, 266. *C. M. sur le Traité de M. de Selve*, de Beneficio, *part.* 3. *q.* 32. *n.* 2.

bona ipsius non expectato obitu naturali patris, ut tenet Philip. Franc. in rubrica de testamentis, col. 35. in 6. & Anthon. Corset. in singul. verbo *legitima*, & benè; *C. M. sur le chap.* 14. *aux Decretal.* de regularibus.

RENTES CONSTITUE'ES,

Indocti putant non aliud esse fundamentum redituum vulgarium, quam duas extravagantes, *Regimini*, in titulo de emptione & venditione, *aux extravagantes communes*; & malè, quia nullo modo in illis fundantur, sed in aliis justis causis; quas latè novè discussi in tractatu *de reditibus vulgaribus*, q. 74. & 75. *C. M. sur le chap.* 1. *aux Extravagantes communes*, de emptione & venditione.

RENONCIATION.

Nemo potest renunciare Beneficio inconsulto Episcopo; *etiam causâ permutationis; sed si injuste recusat, potest adiri Superior, per notam, infra, de Jure patronatus, cap. nullus: hanc quæstionem habui vacante nuper Papatu:*

C. M. ſur le chap. 4. aux Decretal. *de renunciatione.*

Renunciatio facta vi vel metu, eſt nulla; *idem Decíſ. Tholoſ.* 286. *Sed quod ipſo jure nulla ſit; tenet gloſſa pragm. de electione*, § 4. *verb. liberè; Fortun. Garſias in Rubric. de juſtitia & jure*, 22. *illat. Philippus Decius, cap.* 2. *num.* 4. *de Reſcriptis, ubi dixi, & ibi Franciſcus Ripa, num.* 22. *Decius, Conſ.* 219. *num.* 5. *& ita in Galla practicari vidi per judices ſeculares, ſine novo titulo & novâ poſſeſſione*, C. M. ſur le chap. 5. aux Decretales, *ibidem.*

Renunciatio facta intra manus laïcas, non valet, *quoad etiam renunciantem*, licet cauſa cognita privari poſſit; *C. M. ſur le chap.* 8. *aux Decretal.* ibidem.

Renunciatio Beneficii facta per metum juſtum, eſt ipſo jure nulla, hoc verum putarem in Beneficio electivo; tamen regulariter renunciatio Beneficii per metum facta, valet, ſed eſt annullanda; vide quæſtiones Tholoſanas, 266. *C. M. ſur le Traité de M. de Selve*, de Beneficio, *part.* 3. *q.* 32. *n.* 2.

REQUISITION.

Trina requisitio desideratur ad constituendum Prælatum seu alium Superiorem in mora; sed erga alium, regulariter una sufficit; Joannes Andræas cap. cum causa, delegat. Romanus l. de pupillo, §. Si quis ipsi prætor, de novi operis nuntiat. Romanus sing. 424. Cons. 427. gloss. Clement. I. §. 1. de Hæret. Verbo adquisierint; Felinus cap. ex litteris, column. 4. de constit. Alexander Cons. 81. lib. 4, Decius cap. cum causa, ubi tetigi: *C. M. sur le chap. 1. aux Decretal.* de supplenda negligentia prælatorum.

Requisitio facta ab uno è Graduatis, vel nominatis, impedit præventionem Papæ quoad omnes Graduatos, vel nominatos: *C. M. sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 44.

RESCRIPT.

In Rescriptis seu justitiæ, seu gratiæ, consideranda est præsentatio ad Beneficium; Baldus hic, & in cap. Capitulum, in principio, infra eod. Panormit.

mit. cap. 1. ut lite pendente; textus cap. tibi qui, Eod. in 6. *C. M. sur le chap. 1. aux Decretal.* in fine, *de Rescriptis.*

In Rescriptis clausula *si preces veritate nitantur*, est tacita conditio quæ suspendit omnes censuras in rescripto contentas, quæ contra facientibus imponuntur. Petrus Anchar. Cons. 240. per prædicta subtiliter. Philippus Decius Cons. 33. colomn. final. *C. M. sur le chap. 2. des Decretal.* de Rescriptis.

Rescripta quæ primo judicibus præsentantur, prævalent, nisi primus impetrans fuit negligens; quia non potuit habere, copiam judicis, & protestatus est; tunc enim primus debet expectare per annum; cap. si autem, cap. plerumque, infra eod. *C. M. sur le chap. 3. aux Decretal.* de Rescriptis.

Rescriptum datum ab excommunicato, nullum est, *ibidem.*

Rescripta devolutoria, & jurisdictiones ordinariæ excitatoria, sublata sunt in Gallia per Concilia & Concordata, nisi dirigantur ordinario ut tali, & Beneficium ipso jure valet: *C. M. sur le chap.* 4. ibidem.

Rescripto per Capitulum, Episcopi in hoc vicem gerens, facto Episcopus sta-

re tenetur : *C. M. sur le chap.* 7. *aux Decretal.* de Rescriptis.

Rescripta secundum jus commune interpretanda sunt ; *Joannes Calderinus Cons.* 2. *de Rescriptis*, *Cons.* 1. *de Sentent. excommunic. Romanus cons.* 334. *Gemin. Philipp. Decius*, *Francus cap. licet Canones*, *in fine*, *de elect. in* 6. C. M. sur le chap. 18. aux Decretal. *de Rescriptis.*

Rescripta per falsum procuratorem obtenta, sunt nulla per exemptionem, sed etiam ipso Jure : *C. M. sur le chap.* 28. *aux Decretal.* de Rescriptis.

Rescriptum delegatorium absque mandato partis impetratum non valet ; *etiamsi dominus producat & uti velit ; quod prima facie videtur ineptum, & ad lites intricandas natum : sed imò justè sancitum odio delegationum, & turbationum jurisdictionis ordinariæ* : C. M. sur le chap. 33. des Decretal. *de Rescriptis.*

Clausula *si pro aliis non scripsimus*, tacita in rescripto semper sub intelligenda est, *indistinctè*, *sive prima gratia jam sit executa*, *sive pendeat* ; *quamvis Hostiensis aliud dicat quandò prima pendet*, *& eum deffendat Aretinus hic per*

duas columnas ; de veritate juris tandem dicit quod opinionem Gofredi tenent Ancharan. hic, Joannes Andræas in cap. penult. eod in 6. & quod est communis, & quod plus habet in intentione Juris & rescribentis, & ideò tenenda, prout etiam tenet ità Mathæus Pacus in tractatu de Mandatis Apostolicis. part. 1. in princip. & practicatur etiam in Gallia, quia ordinarius ad id non plus gravatus; C. M. sur le chap. 38. aux Decretal. *de rescriptis.*

Ubicumque surget dubium probabile super prioritate Rescriptorum seu litterarum, non decisibile per legatos arbitros, *sed Superior qui concessit* : C. M. sur chap. 2. aux Decretal. *de Officio & potestate Judicis delegati.*

Secundum Rescriptum, seu secundæ litteræ non valent, nisi meminerint primi rescripti seu primarum litterarum; Petr. Anchar. Philipp. Franc. & Joann. Andr. *C. M. sur le chap.* 14. *aux Decretal.* de Rescriptis in *6.*

Rescripta Papæ quibus quis posset conferre Beneficia vacantia cui vellent, non habent locum in Regno Franciæ, ubi Papa non potest hoc indultum cuiquam dare; quia esset species reservationis,

& nova servitus ordinariorum Collatorum; & sic tanquam ab abusu appellaretur : sed si Papa concederet ut non posset uti præventione, in Beneficiis spectantibus ad collationem Beneficii, sive generaliter, ut plenius fieri vidi in favorem multorum Cardinalium, habentium, Episcopatus & Abbatias in hoc regno, sive specialiter, puta vacantium per obitum familiarium, procul dubio valeret : *C. M. sur le chapitre 5. aux Decretal.* de verbor. signific. in 6.

Rescriptum secundum non valet, si de primo non fiat mentio in secundo, quamvis primum esset nullum ; idem Philip. Franc. hic; Felin. in cap. ex tenore, extra, de rescriptis; & benè, ex quo sunt litteræ contentiosæ, etiam si primæ non sint nullæ, sed elidibiles tantum *C. M. sur le Titre* de Regulis Juris, *aux Decretal.* in 6. reg. 52.

In Gallia executores Rescriptorum Apostolicorum seu gratiarum & reservationum Apostolicarum non possunt assumere potestatem judicis, & esset abusivum, & tanquam ab abusu appellari posset ad Regia Parlamenta : *C. M. sur le chapitre* unique, *aux Clemen-*

tines, de Officio & poteſtate judicis delegati.

Requiritur quod ea quæ enunciantur in reſcripto, reſpiciant narrantis factum, & quod ſuper eo fundetur intentio; Oldrad. q. 258. Gemin. cap. *Si Papa*, in fine, de privilegiis, in 6. Bonifacius de Vitalinis, hic, col. 3. dixi ad Alexand. Conſ. 102. lib. 7. *C. M. ſur le chapitre* unique, *aux Clementines*, de probationibus.

Reſcriptum ad acceptandum non extenditur ad eligendum vel optandum: *C. M. ſur la Regle* de infirmis reſignantibus, *n.* 268.

Reſcriptum Papæ pro vacaturo Beneficio per obitum, non habet locum in obitu civili, *ibidem*, n. 293.

Reſcripta gratiæ à Curiâ Romanâ conceſſa, ſunt cum filo ſericeo, & reſcripta juſtitiæ; ſunt cum cordâ cænapis: *M. Loüet ſur la Regle* de infirmis reſignantibus, *n.* 256.

Reſcripta gratiæ nunquam retrotrahuntur in præjudicium tertii: *le même*, ibidem, *n.* 399. Nota quod qui reſcriptum à Papa impetrarunt in forma, ut vulgò aiunt, commiſſoria, non poſſunt gaudere indulto rehabilitationis an-

tequam commissio executioni de mandata fuerit : *Vaillant*, ibidem, *n.* 399.

RESERVATIONS.

Concordata Germaniæ à Nicolao V. & Franciæ à Leone X. unita sunt ut Ordinarii à reservationibus Papæ, quæ nondum excedebant, liberarentur : *C. M. sur le Traité de M. de Selve*, de Beneficio, *part.* 2. *q.* 2. *n.* 19.

Videtur quod omnis reservatio tam electivi quam collectivi Beneficii sit prohibita per Concilium Basiliense, sive vacet vel non ; quia non distinguit inter vacantia & vacatura : certum est autem quod ipsa præventio in collativis est permissa Papæ, sed quod in electivis non reperio expresse prohibitam ; ideò puto permissam, dic prohibitam per electionem, quod Papa non condemnat decretum de electione : *C. M. sur le Traité de M. de Selve*, de Beneficio, *part.* 3. *q.* 33. *n.* 3.

Per Basiliense Concilium, Pragmaticam sanctionem, & concordata reservationes Beneficiorum sublatæ sunt : *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 100.

RESIDENCE.

Falsum est in simplicibus Beneficiis, etiamsi requirant residentiam, Beneficia vacare ipso jure per non,residentiam, etiamsi constet de intentione utrumque retinendi, sed opus est Sententia; Panorm. *C. M. sur le chap.* 8. *&* 17. *aux Decretal.* de Clericis non residentibus.

Clerici assistentes Episcoporum dispensantur ipso jure de non residentia, & quamvis non resideant, lucrantur fructus sui Beneficii; sed ista dispensatio adeò est in gratiam Episcopi, ut non extendatur ad Cardinalem non Episcopum: item secus de Canonicis alterius Collegii Diœcesis, ut de facto respondi pro Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ sancti Bartholomæi Bellovacensis; & etiam solum intelligendum de Canonicis Ecclesiæ Cathedralis: *C. M. sur le chap* 15. *aux Decretal.* ibidem.

Officiarii Beneficiati, commensales Regis in sua Capella regia, ex privilegio commensalitatis suæ & Officii & famulatus Regi debiti, tempore servitii, famulatus & obsequii præstiti resi-

dentes habentur, & percipiunt quid præsentes & residentes Canonici percipere deberent, solis distributionibus quotidianis & manualibus exceptis : *C. M. sur le chap. 4. aux Extravagantes communes* de privilegiis.

A residentia legitimè Beneficiatus excusatur ex studiis quibus incumberet, vel si vacaret negotiis Ecclesiæ procurandis, *ibidem.*

REVENUS.

Reditus Ecclesiastici non censentur antiqui, nisi probentur : *Conseil* 10. n. 7.

RESTITUTION.

In Gallia practicatur filium aut filiam, qui futuræ successioni renunciavit, non restitui, propter læsionem ultra dimidiam partem, quia in successione futura non potest dici læsus : *C. M. sur le chap.* 2. *aux Decretal.* de pactis in 6.

In computatione temporis restitutionis in favorem Ecclesiæ, de bonis alienatis, tempus successoris dissipatoris non deducitur, ut Arresto Senatus Parisiensis

ſieuſis judicari vidi : *C. M. ſur le chapitre premier* de reſtitutione in integrum. in 6.

Minor reſtituitur in Beneficiis ad conſervandum, non ad quærendum : *C. M. ſur la Regle* de publicandis reſignationibus, *n.* 240. *&* 368.

Minores non reſtituuntur quoad titulum Beneficii, nec in iis quæ titulum Beneficii concernunt, ſicut nec in aliis ſpiritualibus cauſis, & hoc paſſim in Gallia approbatur : ſed minor ætas attendi debet in Beneficiis quoad exercitium actionum pro conſervatione jurium à Beneficio dependentium, & ante pubertatis annos curator deſideratur : *M. Loüet ſur la Regle* de infirmis reſignantibus, *n.* 305. Tamen ſi minor per malas artes fuerit inductus ad reſignandum, non valet reſignatio : *Vaillant*, ibidem.

Reſtitutio quæ fit ex merâ principis liberalitate, novum quidem jus tribuit, ſed tertio jus legitimè quæſitum non tollit ; vires enim à die conceſſionis accipit, nec unquam in præjudicium tertii retrotrahitur ; non idem quandò reſtitutio per viam juſtitiæ ; hæc enim gra-

tia à lege, non à principe initium suum ducit: ideò qui ex delicto condemnatus, à Papa rehabilitationem obtinet, & à Rege pœnæ remissionem, priorisque famæ restitutionem, amissa ex condemnatione Beneficia repetere non poterit, in præjudicium tertii cui jus est quæsitum: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 399.

Restitutio per viam justitiæ retrotrahitur, & quæ medio tempore facta sunt, revocat; secus restitutio quæ fit per modum gratiæ: *le même sur la Regle* de verissimili notitia, *n.* 85.

Restitutio per viam justitiæ innocentiam declarat; & sic præventio criminis non debet eo casu nocere; *Vaillant*, ibidem.

RESIGNATION.

Legati à latere, etiam Cardinales, non possunt admittere resignationes in favorem, etiamsi hoc esset expressum per Litteras delegationis: *quia nec Bullis quidem Papæ staretur: per Decretum de sublatione ele. litt. in Concilio Basiliensi, & pragmaticâ sanctione:* C. M. sur le Stile du Parlement, part. 7. q. 85.

Per resignationem in qua invenitur simonia, vacat, Beneficium, *scilicet per obitum renunciantis; sed etiam ante obitum in ejus odium, bene vacat in favorem tertii impetrantis; & ita jam bis per Arrestum obtinui; & primus author fui ut Curia sacularis de crimine simoniæ ad finem possessorii cognoscit*, ibidem.

Resignatio in favorem apud Legatum facta non valet; quia non potest admittere hujusmodi resignationes; ideò valuit expeditio facta Romæ, & appellans restitutus fuit à confessione erronea, quâ confessus fuerat quod resignatio erat pura & simplex, & non in favorem, *ibidem.*

Omnis resignans, sive in favorem, sive simpliciter, *d'un droit contentieux, doit faire venir en cause son resignataire autrement sera procedé contre le resignant, comme s'il n'avoit point resigné*; quæro etiamsi declaraverit nihil juris habere, sed quod resignavit; hoc nihil est, semper debet litem prosequi, nec actori nocet: sed etiam hoc potest alter si velit habere *main-levée*, post declarationem, sed non tenetur; & sic interim acta tenent, nec potest posteà, etiamsi

ignoravit, petere declari acta nulla, ut vidi quemdam stultum; plus dico quod non debet venire resignatarius, nisi ostendat titulum & possessionem; alias potest semper prosequi contra primum, & actum videtur, & ad literas subrogativas debet reus dicere *qu'il n'est tenu y défendre ne proceder que l'impetrant n'ayt son titre*, & possessionem exhibitam: & si procedit, poterit procedi in causa; & si datur dilatio *d'apporter titre*, quod debet esse *sans retardation du procés* contra primum, etiam non obstante ejus declinatione, & acta valebunt: sed si alter non prosequatur, ut quia perdiderat recredentiam per Arrestum, & recredentiarius possidens resignavit uni, qui sex annis pacifice possedit, deinde alii qui septem annis pacifice possedit; tandem post viginti annos primus venit, *prétend main-levée*, & vi ingreditur: puto quod possessor tanquam non veniret per obitum, quo casu dominus *Rousseau* nihil cedebat, sed per resignationem tantum, potest habere literas de pacificis possessoribus, non tenetur litem resumere; primò quia victus nunquam possederit, & sic cessat hic §. secundò quia possedit per tres

annos, tertio quia isti non sine lite; & etiam saltem dummodò illius resignatarius non faceret mentionem litis; nec est exigenda in hoc resignatario solemnitas Constitutionis 1551. ex quâ non agitur contra resignantem, nec per provisionem ex ejus cessione, vel per ejus obitum : *C. Masur l'Ordonnance de 1539. art. 64.*

Resignatarii non minus possunt appellare à Sententiâ latâ contra resignantem, quâm resignans poterat facere, *ibidem.*

Resignatio facta in manibus Ordinarii in Curia existentis, tunc Beneficium non vacat in Curia : *C. M. sur le chap. 2. aux Decretal. in 6.* de Præbendis.

Si resignans manet in possessione Beneficii revocatione facta resignationis, manet revocatio valida, non obstante publicatione resignationis posteà secuta, quantumvis solemni, sine resignante facta : Sed si resignans ipse consentiat expressæ publicationi, vel sponte locum cedat resignatario, tunc iste expressus, & palam seriùs consensus sufficit ad præsumendum priorem ocultam revocationem seriam, sed simulatam fuisse; & hoc ad variationem & illusionem

vitandam, quam etiam Clementina unica, de renunciatione vult evitari: *C. M. sur la preface de l'Edit de Henry II. contra parvas datas*, sur le mot *secrete*.

Generale Mandatum ad resignandum non valet, requiritur speciale & pro certo & tali Beneficio: *C. M. sur l'article* 10. *de l'Edit de Henry II. contra parvas datas*, sur le mot *generales*.

Mandata ad resignandum sunt annalia, & post annum devolutum non valent, ita ut impetratio Beneficii super hujusmodi resignatione, subreptitia est, ideoque ipso jure nulla, *ibidem*.

Laïcus sicut & Ecclesiasticus, potest constitui Procurator ad resignandum, *ibidem*.

Nihil odiosius & Canonibus magis contrarium, quam resignationes in favorem, *ibidem*.

Regula 18. *de infirmis resignantibus* habet tantum locum in resignationibus factis in manus Papæ vel Legati; quia non habet locum in ordinario: item cum effectu, scilicet resignatione admissâ; nec prius currere possunt hi viginti dies, etiamsi consensus ante admissionem præs-

titus sit; & adhuc non currunt nisi post consensum: *C. M. sur la Regle* 18. de infirmis resignantibus, in verbo *resignaverit*, & *n.* 30.

In omni specie resignationum regula de infirmis resignantibus locum habet, *ibidem*, in verbo *sive*.

Ut regula *de infirmis resignantibus* locum habeat, tria requiruntur, 1°. Quod resignans sit infirmus; 2°. Quod de eadem infirmitate decesserit; 3°. Infra viginti dies decesserit, *ibidem*, n. 2. Sed in primis debet esse perfecta; alias esset præparatio ad resignandum, seu promissio quæ non acceptata, non est pactum, *ibidem*.

Resignans ante admissionem resignationis ab habente potestatem, nec titulum nec possessionem Beneficii amittit; sed potest agere ut prius, & impetrando aliud Beneficium, tenetur mentionem facere in libello supplicationis de Beneficio resignato, *ibidem*, n. 7. & 414.

Pro complemento regulæ *de infirmis resignantibus* satis est admissam esse resignationem, nec requiritur collationem esse factam, *ibidem*, n. 7.

Resignatio quadruplex, abdicatoria; successoria, captatoria, & pensionaria, *ibidem*, n. 13.

In regula *de infirmis resignantibus* sufficit morbum incepisse tempore resignationis admissæ, vel collationis, vel præstiti consensus: idem si priùs inceperit & ultra 20. dies, sed non à tempore dicti consensus duraverit, *ibidem*, n. 17.

In resignatione in favorem non est aliud tempus admissionis & collationis; quia conditionalis est; secus in resignatione pura & propriè simplici, *ibidem*, n. 18.

Provisio à Papa facta super resignatione contrariâ regulæ *de infirmis resignantibus*, nulla est; & ideò collatio ejusdem Beneficii revertitur ad ordinarium, *ibidem*, n. 20.

Resignanti quandoque revertitur ipso jure, sine nova collatione, *ibidem*, n. 32.

Solus Papa potest admittere resignationes in favorem, non autem Legatus à latere in Gallia, *ibidem*, n. 38. & 184.

In mera resignatione successor nihil capit à resignante; secus in resignatione in favorem, *ibidem*, n. 90.

Resignatio metu facta, nulla est, *ibidem*, n. 93. & 94.

Resignationes in favorem, sunt odiosæ, *ibid.* n. 101 & 185.

In facto resignationis in favorem Papa vel Legatus non possunt derogare regulæ de infirmis resignantibus in præjudicium Academiarum, seu Graduatorum; simplicium au nominatorum, *ibidem*, n. 130.

Scolares non sunt idonei testes in resignationibus Beneficiorum, *ibidem*, n. 143. & 145.

Resignationes in favorem ideò sunt suspectæ, quia acta à morientibus elicita sunt suspecta, *ibidem*, n. 145.

Per resignationem *in favorem* non vacat Beneficium resignatum, nisi resignatio sortita fuerit effectum, & per possessionem captam à resignatario, vel nolens resignans relinquere possessionem, ad id fuerit condemnatus per Sententiam, *ibidem*, n. 205. & 206.

Qui resignavit in favorem in manus non habentis potestatem, iterum ante possessionem dimissam potest resignare simpliciter apud Ordinarium, vel in favorem apud Papam; sed tunc debet mentionem facere de Priori resignatione abusivâ, *ibidem*, 207.

Si Episcopus resignaret retenta collatione Beneficiorum quæ penderent à sua collatione ut Episcopus, hanc collatio-

nem jure ordinario haberet, non alio, *ibidem*, n. 213.

Furiosus non præsumitur resignasse tempore dilucidi temporis seu intervalli, nisi resignatarius probet evidenter, *ibidem*, n. 348.

Resignatio Beneficii in fraudem accusationis, non valet, sicut non valeret alienatio in rebus temporalibus, *ibidem*, n. 375. 376. & 378. Si tamen ille accusatus, tanquam innocens absolveretur, valeret resignatio interim spontè facta, sicut & valeret alienatio, *ibidem*, n. 379. Sed si absolveretur per gratiam, Provisio Papæ remaneret nulla, sed Ordinarii Provisio convalesceret, *ibidem*, n. 380.

Si Papa admitteret resignationem accusati coram Ordinario, de crimine quod mereretur privationem, posset tanquam ab abusu appellari, *ibidem*, n. 378.

Resignatio facta & admissa non periclitatur pendentibus induciis per regulam 34. Cancellariæ Romanæ de publicandis resignationibus, præscriptis; sed illis induciis lapsis, & resignante possidente, resignatio subest periculo resolutionis, si resignans moritur in pos-

ſeſſione antequàm ſatisfaciat huic regulæ: *C. M. ſur la Regle* 34. de Publicandis reſignationibus, *in textu*, in verbo *infra*.

Regula de publicandis reſignationibus, inprimis fuit introducta contra reſervationes ſeu confidentias indirectas, inter reſignantem & reſignatarium, & ad impediendos regreſſus indirectos, *ibidem*, n. 4.

Sufficit quod reſignatio publicetur vivo & poſſidente reſignante, etiam poſt inducias per regulam *de reſignationibus publicandis*, elapſas, *ibidem*, n. 20. & 21.

Publicatio reſignationis admiſſæ in Curia Romana, non valet ſi dilata eſt in tempus mortis, *ibid.* n. 22.

Regula de publicandis reſignationibus non haberet locum in morte civili, ſed tantum in morte naturali, *ibidem*, n. 47. 48. & 49. Tamen in profeſſione Monachali poſſet admitti ob metum fraudis, *ibidem*, n. 79. 80. 81. 83. 84. 101. 104. 105. 110. 111. & 356.

Publicatio reſignationis poteſt fieri quandiu reſignans manet in detentione, *ibidem*, n. 95.

Reſignationes occultæ non valent, *ibidem*, n. 99.

Mutuæ reſignationes poſſunt reſolvi, etiam uno de partibus nolente, & in odium reſignantis & reſignatariorum, *ibidem*, n. 136. 137. & 138.

Reſignatio ex cauſa permutationis, conditionalis eſt, *ibidem*: n. 154. 179. 181. 183. 184. & 186.

Reſignationes debent publicari rebus integris, *ibid*. n. 156. 159. 160. & 161.

Publicatio reſignationum eſt actus extrajudicialis, *ibidem*, n. 158.

Publicatio reſignationis prodeſt tantum ei ob quem, & in cujus nomine facta eſt, & non conſorti, *ibidem*, n. 166.

Reſignatio in favorem pro infecta habetur ſi reſignatarius repudiet, *ibidem*, n. 245. 252. & 264.

Reſignatio fraudulenta non impedit vacationem per obitum, *ibidem*, n. 250.

Publicatio reſignationis poteſt repeti, ſed non trahitur ad futura nec ad præterita non expreſſa, *ibid*. n. 321. & 358.

Regula *de publicandis reſignationibus* non habet locum in conſiſtorialibus, quamvis liget Epiſcopos, & Cardinales, *ibidem*, n. 309.

Reſignatio facta in vim procurationis ſeu mandati ſuper annalis, non valet, *ibidem*, n. 383. & 401.

Ratificatio non habet locum in resignationibus Beneficiorum, *ibid.* n. 394.

Laïcus poteſt eſſe procurator ad reſignandum, vel ad procurationem acceptandam, *ibidem*, n. 396. Sed non ad eligendam perſonam incertam, ſive eam quæ huic laïco procuratori libuerit, *ibid.* n. 397. 398. 406. & 408.

Acta cum reſignante, nocent reſignatario, niſi colluſoriè acta fuiſſent, *ibid.* n. 426. & 427. Vice versâ, quæ acta ſunt cum reſignante, proſunt reſignatario, *n.* 428.

Reſignatarius qui neglexit curam reſignantis infirmi, debet excludi: *C. M. ſur la Regle* de veriſſimili notitia, *n.* 56.

Ut nulla poteſt eſſe proviſio Beneficii niſi duabus perſonis concurrentibus, Collatoris, & ejus cui Beneficium confertur, ita nec ejus reſignatio, demiſſio ſeu renunciatio niſi utroque concurrente; ut unum quodque eo jure diſſolvatur, quo contractum eſt: *M. Louet ſur la Regle* de infirmis reſignantibus, *n.* 3.

In reſignatione, ſic in collatione, duæ perſonæ deſiderantur. *M. Antoine Vaillant*, ibidem.

Hodiè reſignationes in favorem favore ſummo amplectuntur, & ſunt ve-

luti Juris ordinarii : *M. Loüet*, ibidem.

Resignatio in manibus potestatem habentis, facienda est, aliàs non consideranda est ; *le même*, ibidem.

Si quis dedit mandatum ad resignandum Beneficium, & dum putat illud mandatum executum, impetrat aliud non facta mentione prioris, valet impetratio secundi, & rectè quidem de bona fide : si verò fraudandi animo, ut quis à Summo Pontifice alterius Beneficii incompatibilis provisionem obtineat, non idem esset statuendum : *le même*, ibidem.

Notandum est quod derogatio regulæ *de infirmis resignantibus* de stilo censetur, ita ut si hodiè hanc omittere vellet Summus Pontifex, hoc non probaretur, & dicta derogatio supleretur ; *Vaillant sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 22.

Resignationes in favorem receptæ sunt in Galliâ ut favorabiles : *le même*, ibidem.

Si mandatum ad resignandum contineret clausulam *in manibus Collatoris ordinarii, aut alterius ad id potestatem habentis*, non tantum Collator ordina-

rius poterit admittere resignationem, si sit pura & simplex, non autem in favorem, sed etiam Summus Pontifex posset admittere resignationem; *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 49. Sed si mandatum esset speciale ad resignandum in manibus Ordinarii, standum esset finibus mandati: *Vaillant*, ibidem.

Resignationes in favorem solus Papa admittit: *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 84.

Cessat regula de infirmis resignantibus in ordinario!: *le même*, ibidem, *n.* 87. *&* 89. Intellige si dimissio ritè facta & admissa fuerit; alioquin nihil impedit quominus Papa & Ordinarius conferant: *Vaillant*, ibidem.

Pura & simplex resignatio facta in manibus Ordinarii, est penes ordinarium Collatorem, ita ut ad eum Beneficii ejurati gratificatio & pura donatio pertineat, & is cui confertur, teneat omne jus suum ab ordinario Collatore; *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 90.

Durante Regaliâ Rex potest admittere resignationes in favorem: *le même*, ibidem, *n.* 101.

Resignationes purè & simpliciter factæ

admitti possunt in Curia Romana, sicut & resignationes in favorem: *le même*, ibidem, *n*, 103.

In resignationibus infavorem à morientibus factis, sanguinis affectio fraudis præsumptionem non inducit „maximè si resignatarius sit persona idonea, quæ suâ virtute mereri potest: *le même*, ibidem, *n*. 124.

Habere pro titulo resignationem nullam, idem est non habere titulum: *le même*, ibidem, *n*. 205.

Nota hic quod licet resignatio sit nulla, tamen si procedat resignatarius ad executionem facti: & consentiat resignans, tunc Beneficium vacat; quod advertendum, & caveant resignantes, in diligendo personas idoneas quibus cedant Beneficia; Sed si resignans reservaverit pensionem quæ fuerit per Papam omologata, debet ei servari illibata: *Vaillant*, ibidem, *n*. 206.

Regula *de infirmis resignantibus*, & regula *de viginti diebus*, non habent locum si resignans non sit infirmus & nulla adversa valetudine laborans, & ita judicatum pro Prioratu Aleonio, mense Septembri 1605. *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n*. 210. Hujus

jus Arresti mentionem fecit vir clarissimus Pinsonius in notis ad Indulta: *Vaillant*, ibidem.

Semper initium spectandum est; nam si quis habens legitimum mandatum ad resignadum, Romam mittat, & inter moras resignans moriatur, valet provisio in vim clausulæ *per obitum*, & non est derogatio regulæ de verissimili notitia: sed judicatur quod hic casus non debet comprehendi & adaptari regulæ: idem judicatum in magno Consilio pro Legato Avenionensi; & provisio in qua clausula *per obitum* expressa erat valuit, licet resignans ante resignationem admissam decesserit: *le même*, ibidem, *n.* 232.

Non obstante resignatione Beneficium vacat per obitum si resignans de eadem infirmitate intra viginti dies decedat; ideoque Ordinarii libere conferre, mandatarii, graduati, & nominati à Curiæ Parisiensi Beneficium requirere poterunt, ac si nulla unquam admissa fuisset resignatio; nulla enim hæc resignatio nullum operatur effectum: sed inutilis hæc quæstio, cùm nulla Romæ Provisio per cessionem seu resignationem obtineatur nisi cum dispensatione ad regulam de infirmis resignantibus: *M. Louet*,

ibidem, *n.* 284. Immò hodie ſuplere-tur hæc diſpenſatio : *Vaillant*, ibidem.

Publicatio proviſionis Beneficii, & poſſeſſionis adeptio nihil habent commune cum regula *de infirmis reſignantibus*; nec enim quæritur an publicata proviſio, an poſſeſſio adepta, ſed an reſignans in eadem infirmitate infra vinginti diem deceſſerit : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 295.

Clauſula *per obitum aut alio quovis modo* appoſita in reſignatione in favorem, poteſt ſubſiſtere cum cauſa reſignationis; unum enim genus vacationis non excludit aliud : ſed hæc clauſula ad vacationes quæ erant tempore impetrationis, non ad eas quæ poſteà evenerunt, effectum ſuum reſtringit : *le même*, ibidem, *n.* 299.

Regia Franciſci Primi Conſtitutione judicia contra reſignantem lata, contra reſignatarios executioni mandantur : *le même*, ibidem, *n.* 319. Idem articulo 15. Conſtitutionis Ludovici Magni, ann. 1667. tit. *de forma procedendi in poſſeſſorio ſuper Beneficiis* : Vaillant, *ibidem*.

Ut regula de infirmis reſignantibus locum habeat, requiritur reſignantem infra vigeſimum diem de eadem infirmitate deceſſiſſe; idcircò is qui prætendit

Beneficium vacaſſe per obitum, debet probare obitum: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 325.

Infirmitas in reſignante in favorem requiritur non ſolum reſignationis admiſſæ tempore, ſed etiam tempore confectionis mandati ad reſignandum; nec enim de ſano mandatum ad reſignandum conficiente intelligitur regula de infirmis reſignantibus; & hoc procedit ceſſante fraude ex parte reſignantis; ſi autem ad eludendam regulam mandatum in plenâ valetudine confectum fit ut ad veniente infirmitate Romam mitteretur, locum habet regula: *le même*, ibidem, *n.* 326.

Clauſula *per obitum*, *vel alioquovis modo vacet Beneficium*, appoſita in ſupplicatione & proviſione ex causâ reſignationis, quamlibet vacationem Beneficii continet, per reſignationem, per obitum, per devolutionem, aut aliud vacationis genus, modò hæ vacationes ſint tempore ſupplicationis, non poſt ſupplicationem: *le même*, ibidem, *n.* 328.

In omnibus Proviſionibus Apoſtolicis quæ per reſignationem fiunt, habet locum regula de infirmis reſignantibus, ſi huic regulæ non fuerit derogatum. *le même*, ibidem, *n.* 331.

Papa poteſt derogare regulæ *de infirmis reſignantibus*, quidquid dicat Molinæus, modò reſignantes extra Curiam Romanam deceſſerint, ſi enim deceſſiſſent in Curia Romana, hæc regula non haberet locum : *le même*, ibidem, *n.* 334. & 335.

Infirmitatem reſignantis tempore reſignationis deſiderat regula de infirmis reſignantibus, & in ſuſpicione fraudis tempus traditionis mandati ad reſignandum conſideratur : *le même*, ibidem, *n.* 341. & 342.

Reſignatio pura & ſimplex, ſeu demiſſio, ejuratio aut abdicatio Beneficii in collatione Eccleſiaſtica, non poteſt fieri niſi in manus Epiſcopi ordinarii : *le même*, ibidem, *n.* 345.

Reſignatio præſumitur ſanæ mentis niſi contrarium probetur ; quia ſtatus ſecundùm naturam debet potius præſumi quam ille qui eſt contra naturam : *Vaillant*, ibidem, *n.* 348.

Molinæus fundat ſuam opinionem validis argumentis ; nihilominùs contrarium obtinuit, & reus pendente accuſatione poteſt Beneficium reſignare, niſi crimen ab eo perpetratum inducat vacationem ipſo facto : *M. Loüet* &

Vaillant, ibidem, *num.* 367. 372. & 385.

Si resignans in Curia Romana decederet infra vigesimum diem, vacaret Beneficium per obitum, & provisio reservaretur Papæ : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 425.

Regula de publicandis resignationibus in Regno recepta est, & in Parisiensi Senatu registrata est 27. die Augusti, anno 1493. & denuò approbata Henrici II. constitutione, in eodem Senatu verificata & publicata, 24. Julii 1550. art. 13. & 14. nec poterit Summi Pontificis derogatio huic regulæ prodesse : *le même sur la regle* de Publicandis resignationibus, *n.* 3.

Omnes conventiones quæ ad repetenda Beneficia resignata seu ejurata in casum mortis resignatarii tendunt, sunt reprobatæ; sicut omnes pactiones quibus Beneficiorum titulus in incerto inter resignantem & resignatarium vagatur, utriusque mortis exitus incertus aucupatur, & attenditur ut unius morte adveniente impediatur vacatio Beneficii, cum Beneficium vacàre non possit nisi utriusque morte simul adveniente, sunt abusivæ, ut potè regressum conti-

nentes, & ideò ſunt nullæ : *le même*, ibidem, *n.* 4 *&* 6.

Mandata ad reſignandum ſunt annalia, & Regiâ Conſtitutione Henrici II. ſunt nulla poſt annum, & nullius valoris : *le même*, ibidem, *n.* 5.

Multiplices reſignationes ſunt argumenta fraudis exquiſitæ ; nec eas licet facere ſæpiùs in favorem perſonæ : *Vaillant*, ibidem, *n.* 5.

Ut ſit locus regulæ de publicandis reſignationibus conſideratur poſſeſſor Beneficii, qui percipit fructus, nec tam reſignatarii poſſeſſionis adeptio, quæ ficta & ſimulata judicatur, cum ea non obſtante reſignans de facto fructus percipit, ſive per ſuas manus, ſive per conductorem : fallit ſi reſignans vi vel violentia occupat Beneficium, & conquerente reſignatario fructus percipit ; tunc enim nihil imputandum reſignatario, cui via facti nocere non debent : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 10.

Procedit regula de publicandis reſignationibus licet nulla inter reſignantem & reſignatarium reſervationis ſeu regreſſus Beneficii ejurati ſeu reſignati ſpes fuerit, putà cum per negligentiam reſignatarii intra ſemeſtre adepta poſ-

ſeſſio non fuerit, vel ſi adepta poſſeſſio, intra legales inducias publicatio nulla ſubſecuta ſit; ut enim ſit locus regulæ de publicandis reſignationibus neceſſarium eſt reſignantem defunctum poſt ſex menſes in poſſeſſione manſiſſe, vel poſt ſemeſtre non publicaſſe: *le même*, ibidem, *n.* 11. & 15. Non ſufficit poſſeſſio, ſed requiritur publicatio, *Vaillant*, ibidem.

Licet Jure Canonico nullum ſit tempus determinatum reſignatario ad adipiſcendam poſſeſſionem, tamen multi exiſtimant etiam poſt triennium reſignatarium poſſeſſionem Beneficii reſignati capere poſſe: *M. Loüet* ibid. *n.* 21.

Hodie nullum poteſt ſupereſſe dubium; quia ex Edicto Regio anni 1637. art. 20. ſub finem, & ex Declaratione anni 1646. art. 14. neceſſariò reſignationes debent executioni mandari intra tres annos, & poſt illud tempus caducæ omninò ſunt: *Vaillant*, ibidem.

Judicatum eſt in magno Conſilio poſſeſſionem ipſo die mortis reſignantis à reſignatario adeptam, nullam eſſe, & Beneficium vacaſſe per obitum, non per reſignationem: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 22. Tamen in Senatu Pariſienſi ſuffi-

cit hodiè quod possessio rite adepta fuerit vivo adhuc & spirante resignante, modò alias publicata sit juxta formam Edicti anni 1550. Idque factum fuerit vivo resignante : *Vaillant*, ibidem. Si tamen impedimentum legitimum & adeptionem possessionis, & possessionis publicationem, intra tempus præfinitum, tunc cessaret regula generalis ; *M. Loüet*, *ibidem*, n. 24.

Intellige cum limitatiore puta si resignationi publice protestatus fuerit de impedimento ; aliàs cum hæ induciæ legales sint determinatæ à lege, currunt etiam contra ignorantem : *Vaillant*, ibid.

Edicto quod vulgò vocant *du Contrôle*, titulus resignationis post tres annos omninò caducus fit, art. 20. ejusdem Edicti : *le même*, ibidem, *n.* 51.

Vera & essentialis causa regulæ de publicandis resignationibus est resignantem Beneficii possessione reali privatum esse, & resignatarium possidere revera & cum effectu, & per possessionem publicam & notoriam : *M. Loüet*, ibid. *n.* 89.

Resignatio pura & simplex potest fieri sive in manibus Ordinarii, sive in manibus Summi Pontificis ; & huic renuncianti non datur regressus

ad

ad Beneficium ejuratum, at resignatio in favorem potest tantum fieri in manibus Summi Pontificis, & jus & possessio sic ejurati Beneficii, ante acceptationem resignatarii remanet penes resignantem : *le même*, ibidem, *n.* 94.

Mandatum ad resignandum non est resignatio, sed tantùm præparatio ad resignationem; resignatio enim est imperfecta quoad sit acceptata & admissa : *le même*, ibidem.

Resignationes Beneficiorum possunt fieri sub certis conditionibus, quibus non secutis nec adimpletis, corruit resignatio : *le même*, ibidem, *n.* 129.

Forma publicationis est de essentiâ resignationis : *M. Loüet* & *Vaillant*, ibidem, *n.* 166. & 167.

Hodie Rex sæpe ad resignationum executionem, quæ fiunt in manibus suis, tempus trium mensium determinat; posset longius præfinire; quia non subjacet regulæ de publicandis resignationibus; tamen cum sit lex regni; idem jus in omnibus Beneficiis deberet servari : *Vaillant*, ibidem, *n.* 176.

Regula de publicandis resignationibus non habet locum in Beneficiis consistorialibus : *M. Loüet*, ibid. *n.* 177. & 309.

Si Mandatum ad resignandum sit revocatum, & revocatio rite notificata sit ante admissionem resignationis in Curiâ Romanâ, resignatio annullabitur; & sufficit quod notificatio sit facta parti in regno existenti, & non in Curiâ Romanâ : *le même*, ibidem, *n.* 178.

Resignationes debent publicari intra sex menses à data suplicationis: *le même*, ibidem, *n.* 205.

Unde hodie inutilis quæstio à quo tempore incipit tempus publicandi resignationes; cum semper eadem die consensus à tergo provisionis expediatur: *Vaillant*, ibidem.

Hodie non licet Bancario datam retinere super resignatione nisi per eumdem cursorem mittat procuratorium ad resignandum : *le même*, ibidem, *n.* 221.

Ex Regia Henrici II. constitutione procurator Romæ ejurare Beneficium resignatum in favorem non potest, nisi in manibus habeat mandatum ad resignandum; & hujusmodi omissio provisionem nullam redderet : *M. Loüet*, ibidem, & eodem numero.

Fortuiti casus & impedimenta mensem infra quem resignatio debet admitti in Curia Romana, prorogarent :

M. Loüet, ibidem, *n.* 233. Non sufficeret hodie docere de legitimo impedimento; sed eo casu deberet resignatarius adire judices Regios, & ab iis veniam petere adipiscendæ possessionis; alioquin fortuitus casus imputaretur; quia hæ induciæ legales non possunt ullatenùs prorogari: *Vaillant*, ibidem.

Ubi est aliquod impedimentum facti, tunc jùdex potest providere ne damnum patiatur resignatarius: *le même*, ibidem, *n.* 242.

Per Arresta Curiæ Parisiensis & magni Consilii judicatum est quod si sine causâ provisiones denegantur in Curia Romana, Sacerdotes in dignitate constituti delegantur, qui à die denegatæ resignationis provisiones concedunt: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 243. Vix hodie simplices Sacerdotes committuntur, sed provisio delegatur Episcopo loci ordinario; non licet autem Officiariis Curiæ Romanæ denegare provisionem, & cognoscere de validitate tituli, & de oppositionibus factis: *Vaillant*, ibidem.

Resignatio in favorem facta ante resignatarii acceptationem pendet, & est in suspenso donec resignatarius expresse vel tacite voluntatem declaraverit; co-

que tempore cessat omnis præventio Papæ, cum res non sit integra : *M. Louet*, ibidem, *n.* 246.

Si resignans moriatur intra semestre per regulam *de publicandis resignationibus* præscriptum, non dubium est quin resignatarius possit valide uti resignatione, modò aliàs sit Canonica : *Vaillant*, ibidem.

Resignatarii declaratio per quam acceptat Beneficium, habet effectum retroactivum, ita ut si facta fuisset collatio Beneficii per obitum inter diem resignationis & diem acceptationis, non valerit : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 247.

Regula *de publicandis resignationibus* supponit ita publicationis necessitatem, ut publicatio fieri deberet etiamsi resignatio nota foret Episcopo aut Collatori : *le même*, ibidem, *n.* 260.

Notorium non relevat ab onere publicationis ; nec sufficit possessionem insinuasse actis publicis ; sed requiritur ut publicetur secundùm formam determinatam à lege : *Vaillant*, ibidem.

Cessat regula *de publicandis resignationibus* cum resignatarius tempore mortis resignantis est in vera & actuali Beneficii possessione : *M. Loüet*, ibid. *n.* 278.

Quando quis pluries resignavit purè & simpliciter, vera publicatio resignationis petenda est à prima resignatione, non ab ultima : *le même*, ibidem, *n.* 316. Si quis eidem sæpiùs resignet, quod prohibitum est Edicto anni 1637. art. 20. sub finem, currit tempus publicationis à data primæ resignationis : *Vaillant*, ibidem.

Per triennium provisio super resignatione, fit caduca ; & sic nullatenus potest prodesse resignatario post id tempus : *le même*, ibidem, *n.* 341. Idem est de omnibus Provisionibus Apostolicis : *M. Loüet*, ibidem.

Pluria mandata ad resignandum, provisionum multiplicatio, parvarum datarum continuatio, concurrunt ad probandum quod resignatio est fraudulenta, & eo animo facta ut resignans semper maneret in possessione Beneficii resignati per suam vitam : *le même*, ibidem, *n.* 369.

Revera multiplicationes resignationum, licet factæ in favorem diversarum personarum, denotant animum fraudandi : *Vaillant*, ibidem.

Revocationes Mandatorum ad resignandum debent scripto contineri, &

non possent probari per testes: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 378. Hodie hæ revocationes debent insinuari; alioquin facilè possent supprimi; & sic via indirecta aperiretur regressibus: *Vaillant*, ibidem.

Procurator ad resignandum semper debet habere præ manibus procuratorium ad resignandum tempore quo datam retinet, ideoque resignationes admissæ antequàm mandatum ad resignandum advolaverit Romæ, nullæ sunt, & in hoc numulariorum Trapezitarum, seu Bancariorum cura singularis esse debet: *M. Loüet* & *Vaillant*, ibidem, *n.* 386. & 392.

Laïcus potest esse procurator ad ejuranda Beneficia; sed debet esse nudus minister: nam ei non potest referri electio resignatarii: *M. Loüet* & *Vaillant*, ibidem, *n.* 399.

Non tolerantur in Galliâ mandata procuratoria ad resignandum, quibus procurator haberet facultatem eligendi resignatarium quem voluerit; quia electio personæ penderet ex arbitrio procuratoris, & non constituentis; & hac via plerique possent de Beneficiis disponere, & de iis nundinari; & ita judicatur in Magno Regis Consilio; & sic opi-

nio Loüetii in hoc non est sequenda: *Vaillant*, ibidem, & eodem numero 399.

Mandata ad resignandum post annum nullius sunt momenti: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 401.

Qui justa mandati ad resignandum Beneficium occasione Romæ advolat, potest per obitum idem Beneficium obtinere, etiamsi inter diem obitus, & concessæ gratiæ legitima tempora non computari possint: *le même sur la Regle* de verissimili notitia, *n.* 36. Judicatum etiam quod in Curia legati Avenionensis potest quis occasione mandati ad resignandum, iter arripere, & impetrare per obitum, cum derogatione regulæ *de verissimili notitia*: Vaillant, *ibidem*.

Clausula in mandato ad resignandum apposita; *dummodò N. acceptare noluerit Beneficium quod resigno*, non valeret: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 202.

Hæc clausula cum contineat in se pactionem tacitam regressus, non debet ullatenus admitti: *Vaillant*, ibidem.

ROY D'ANGLETERRE.

Rex Angliæ ab anno 1535. omnem Papæ obedientiam subtraxit, seque ex generali conventu, Parlamentum Angliæ vocant, Fidei deffensorem, & in terra supremum Ecclesiæ Anglicanæ & Hyberniæ sub Christo, caput esse dicit, etiam in omnibus Programmatis & Litteris Regiis, scilicet Henricus VIII. & post eum nunc filius ejus Edoardus: dudum etiam, omnes Monachos ejecit, eorumque reditus partim sibi pro sumptibus regni, partim nobilibus ab onera militiæ assignavit: *C. M. sur le Stile du Parlement, partie 4. chap. 2.*

ROYS DE FRANCE.

Non est novum Reges Francorum de rebus Ecclesiasticis, præsertim ad refrænandum abusus vel excessus Ecclesiasticorum, etiam Episcoporum & Pontificum, Leges & Edicta statuisse, & sunt exempla à Clodovæo usque ad nos: *C. M. dans la Preface* ad Edictum Henrici II. contra parvas datas, num. 2.

SAUVE-CONDUIT.

SECURITAS data ad eundum, intelligitur etiam data ad redeundum, l. si cui, D. ex quibus causis majores, & in l. utimur, & ibi Bartholus, D. de sepulch. violat. Philippus Franc. cap. cùm non deceat, de elect. in 6. Philippus Decius, Conf. 48. column. 2. ubi tetigi, Hieron. Gratus, Conf. 92. num. 13. cum seq. *C. M. sur le chap. 2. aux Decretal.* de Treuga & pace.

SCEAU.

Si sigilla, & hi, quorum nomine sigillantur, sunt penitus ignoti, nunquam creditur: si autem aliquâ de his est cogniti, tunc si non agitur de alterius præjudicio, statur, si sint quinque, aliàs non, secundùm Panormitanum & Felinum, hic; dicendum ut pleniùs scripsi in Consuet. Paris. §. 5. num. 12. cum seq. *C. M. sur le chap. 7. aux Decretal.* de fide instrumentorum.

In Gallia non ſtatur litteris & ſigillo Epiſcopi de collatione Beneficii, niſi teſtibus ſaltem duobus inſcriptis, ut etiam Arreſtis Senatus Pariſienſis cautum eſt. *C. M. ſur le chap.* 4 *aux Extravagantes communes*, de Præbendis.

Tanta eſt quorumdam Ordinariorum avaritia ut conductionis nomine plus offerenti ſigilli reditus publicè licitentur : *M. Loüet ſur la Regle* de infirmis reſignantibus, *n.* 102.

SCOLARITE'.

Les jeunes Enfans, Ecoliers, joüiſſent des privileges de ſcolarité; *idem nuper practicatum in filio meo primogenito Carolo, ætatis ſex annorum, & ſex menſium, menſe Martio* 1548. *ante Paſcha* : C. M. ſur le Stile du Parlement, part. 7. q. 138.

SENTENCE.

Tres Sententiæ de foro Eccleſiaſtico pro re Eccleſiaſtica, conformes, & ex tribus tribunalibus diverſis, pro ſupremo judicio habentur ; amplio etiamſi evidens nullitas eſt ex ſtatuto ; ſecun-

dum Alexand. Conf. 225. lib. 6. num. 16. *C. M. sur le chap.* 1. *aux Clementines*, de Sententia & re judicata.

Sententia voluntaria magis est contractus quàm judicium : *C. M. sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 427.

SE'PARATION.

Adde quod mulier ad effectum pœnæ imponendæ viro, *qui eam male accusaverat de adulterio*, ad separationem thori, potest maritum provocare ; ut notat Cynus in l. 1. C. de adult. Speculator in eod. tit. vers. sed numquid. *C. M. sur le Canon* 10. *caus.* 32. *q.* 1.

SE'PULTURE.

Nullus deinceps in Ecclesia mortuum sepeliat, cap. 153. Caroli Magni; *leg.* 2. *C. de sacra Ecclesia, ubi Doctores avaritiam Sacerdotum merito insectantur* : C. M. sur le Stile du Parlement, part. 3. chap. 5. n 7.

SERMENT.

Nota quod judex laïcus cognoſcit an ſit juratum, vel ne; ſed imo etiam, de validitate juramenti judicare poteſt, etiam de jure divino : *C. M. ſur le chap.* 2. *aux Decretal.* de Jure jurando in 6.

Quotidiè practicatur ut quis liberetur ob affirmationem juramento coram judice præſtito firmatam : *C. M. ſur le Titre* de regulis Juris, *aux Decretal. in 6. reg.* 47.

SIMONIE.

Reſignans Beneficium in favorem retentis fructibus dum viveret, committit ſimoniam; *& hæc eſt frequentiſſima hujuſmodi ſimonia, quæ omnia annullaret, ſed evadunt dicendo eſſe non promiſſum; quæ multò differunt, ut dixi in rubr. de verbor. oblig. in lectione Dolana* : C. M. ſur le Stile du Parlement, part. 7. q. 85.

Simonia non eſt ita crimen publicum ut quis relevare teneatur, & ut in pœnas incidat ſi non revelet : *C. M. ſur le Canon* 5. *cauſ.* 1. *q.* 1.

Convictus de simoniâ amovendus est à Beneficio, *dic quod similitudo est quandò crimen impedit tantum retentionem Beneficii*: C. M. sur le chap. 2. aux Decretal. *de accusat.*

Non est simonia quando datur, quid ut Beneficium restituatur; intellige quando aliàs imminet magnum detrimentum, ut notat Hostiensis, cap *ad aures*, eod. *C. M. sur le chap.* 28. *aux Decretal.* de simonia.

Non est simonia si quis plenè & justè habens & possidens Beneficium, det pecuniam ne turbetur; Philipp. Franc, *C. M. sur le chap.* 10. *aux Decretal.* de electione in 6.

Simoniacus non potest juvari titulo *de pacificis possessoribus*: C. M. sur la Regle *de publicandis resignationibus*, n. 30.

Hodie Judices sæculares possunt cognoscere de simonia, *ibidem*, n. 31.

Per simoniam vacat Beneficium ipso jure, modò simonia sit realis: *M. Loüet sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 30.

Per testes simoniacæ pactionis probatio admittitur: *le même*, ibidem, *n.* 31. Imò vix hodie admittitur probatio si-

moniæ per testes quandò agitur de possessorio Beneficii; & necesse est quod præcedat aliqua probatio præscripta, alioquin propter testium facilitatem multæ provisiones Canonicæ hac via impugnarentur: ita judicatum in Senatu Parisiensi, & in magno Regis Consilio: *Vaillant*, ibidem.

Sententia lata à judice Ecclesiastico super simoniâ, Ecclesiasticum de simonia convictum omni privat Beneficio, officio & dignitate, agit enim in hoc judex Ecclesiasticus in personam Ecclesiasticam ut in proprium subjectum; Sententia verò lata à judice laïco litem & litigiosum Beneficium tantum considerat; & in eo solo tota consistit temporalis jurisdictio: *M. Loüet*, ibidem, *n.* 31. Hæc distinctio non debet fieri; quia si per processum factum apud Judices Regios, simoniacus quis declaretur, deberet eadem pœna privationis Beneficiorum puniri; *Vaillant*, ibidem.

Papa potest dispensare & absolvere de crimine simoniæ; in his enim quæ sunt tantum Juris positivi summa & suprema potestas Papæ extenditur, modò nihil sit contra Consilia generalia aut universam Ecclesiæ politiam: *M. Loüet*,

ibidem, *n.* 31. Romæ practicatur quod ubi quis à simonia vera & reali absolutionem seu dispensationem supplicat, cogatur prius dimittere Beneficium sic obtentum, & posteà supplicare ei licet, & componere de fructibus malè perceptis; & potest ei iterum à Papa de eodem Beneficio provideri; *Vaillant*, ibidem.

SORTILEGE.

Cognitio criminis sortilegii hodie pertinet ad judicem secularem, & ita factum est post 90. annos, correcta veteri ignorantia, qua hujusmodi cognitio crimen pertinebat ad forum Ecclesiasticum, ut supra quæstiones Joannis Galli 241. adde Oldr. Gemi. Cons. 54. *C. M. sur le Stile du Parlement, part.* 7. *q.* 72. & *sur le chap.* 8. *aux Decretal.* de Hæreticis in 6.

Sortilegia, non est res dissimulanda, sed comperta, graviter punienda: *C. M. sur la Rubrique du Titre* de Sortilegiis, *aux Decretal.*

SUBREPTION.

Litteræ subreptitiæ ab initio, non convalescunt per subsequentes; Philippus

Francus ; *C. M. sur le chap.* 8. *aux Decretal.* de rescript. in 6.

Subreptio fundata super eo *quod si Papa scivisset difficilius concessisset*, debet intelligi de difficultate Juri vel rationi conformi : *C. M. sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 363.

Causæ de futuro non inducunt subreptionem, *ibidem*, n. 364.

Subreptio reddit provisionem nullam: *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 159.

Solà subreptio sufficit ad reddendum titulum nullum, cap. super litteras, extra de rescriptis : *Vaillant*, ibidem.

Subreptitia suplicatio dicitur in Beneficialibus, cum in ea omittuntur quæ Summum Pontificem movere, suadere vel dissuadere potuerunt : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 364.

SUBTILITE'.

Cùm in spiritualibus causis & veritatem & æquitatem consideremus, subtilitates & argutiæ penitus sunt, rejiciendæ sunt, quæ iniqui speciem continent, & æquitate repugnant: *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 4.

Subtilitates

Subtilitates in ſpiritualibus rejiciuntur : *Vaillant*, ibidem.

SUSPENSION.

Ad tempus ſuſpenſus, eo elapſo, non indiget abſolutione : *C. M. ſur la Coûtume de Paris, tit.* 1. des Fiefs, §. 42. *Gloſ.* 1. *n.* 5.

Factum à ſuſpenſo, non valet : *C. M. ſur la Coûtume de Paris, tit.* 1. des Fiefs, §. 55. gloſ. 10. n. 18.

Eccleſiaſticus ſuſpenſus debet interim habere quid ex bonis Beneficii pro victu ; *Idem Panormitanus in cap. ſi Apoſtolicæ, de except. intellige tamen ſecundum Felinum in ſuſpenſo ob debitum deffinitive, ſecus ſi ob contumaciam ; Panorm. cap. Paſtoralis, in fine, de appel. Item, ſecus ſi patrimonium, vel aliud habeat unde vivere poſſit ; quia tunc nihil de bono Eccleſiæ habere debet ; Joannes Andreas hic, n.* 8. C. M. ſur le chap. 25. aux Decretales, *de electione.*

SUFFRAGE.

Falſum eſt ſi quis dicat quod ſolus Epiſcopus tantam vocem habeat quàm totum capitulum : *C. M. ſur le Traité de M. de Selve*, de Beneficio, *part.* 2. *q.* 17. *n.* 4.

TEMPS.

QUATUOR menses patronis laïcis concessi incipiunt non à die vacationis Beneficii, sed à die probabilis notitiæ: *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 53. Tamen computatur hoc tempus à die notitiæ vacationis in loco Beneficii, licet aliundè Patronus vacationis notitiam habere non potuerit; *Vaillant*, ibidem.

TE'MOIN.

Ad condemnandum Episcopum opus est 72. testibus juxta sacros Canones, & Canonistas: *C. M. sur le Canon* 23. *caus.* 2. *q.* 5.

In testibus non tantum dignitas, sed numerus attendendus est: *C. M. sur le Canon* 2. *caus.* 4 *q.* 2. *&* 3.

Testibus non tenetur *in confrontatione* respondere de tangentibus turpitudinem suam, de aliis secus; Panorm. Felin. hic, decis. Tholos. q. 69. & 372. tetigi ad

neficiis perpetuis ; quia habent velle & nolle ; glossa cap. de Monachis, *16. q. 1. & Clment.* Religiosus, *de procurat. in princip. Philipp. Franc. hic* : C. M. sur le chap. 2. aux Decretal. *de Testam. in 6.*

In testamento si sit obscuritas quis eligere possit, an hæres, an legatarius circa rem legatam tradere, hæredis est si testator sensit de certo ; quia tunc hæres interpretatur ; secùs si testator non sensit de certo ; quia tunc legatarius eligit, nisi hæredi essent verba directa ; l. *si quis à filio*, & ibi Baldus, D de legat. 1. *C. M. sur le Titre* de Regulis Juris, *aux Decretal. in 6.* reg. 57. & 70.

Olim Clerici Romanæ Ecclesiæ moribundorum hæreditates per testamenta captabant ; *Du Moulin dans ses Notes sur le Commentaire de Dynus Muxelanus sur les Regles de Droit Canon*, regula 1. *n.* 26.

Quando ex aliis verbis testamenti apparet de mente testatoris velle valere testamentum in vim donationis causâ mortis, vel alias, valet testamentum ut codicillus, licet verbum *codicillus* esset omissum, ut nuper de facto consului :

le même sur les Conseils de Decius ad Jus Pontificium, cap. *Cum M. Ferrariensis*, extra, *de constitutionibus*, in verbo *codicillaris*.

THEOLOGAL.

Certa præbenda cum Canonicatu Theologo assignata est; ideò qui non est Theologus, est incapax hujusce Beneficii; idem Ludovicus Romanus in Consiliis: *C. M. sur le Traité de M. de Selve*, de Beneficio, *part. 3. q. 54. n. 1.*

TITRE.

Præstat non exhibere titulum, quàm exhibere, sed vitiosum: *C. M. sur le chap. 31. aux Decretal.* de decimis.

Qui privatus est Beneficio per Sententiam hominis, vel per Canones, non potest dici habere titulum coloratum: *C. M. sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 27

Provisio quæ concederetur à qualibet potestate Ecclesiastica tempore regaliæ, etiam pretextu devolutionis, non redderet titulum coloratum, ob nullitatem

tituli : *Vaillant sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 101.

Accumulatio titulorum est licita in Beneficiis : *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 160.

Is titulus dicitur coloratus in Beneficiis, qui datus est ab habente potestatem & ideo cum à non habente potestatem confertur Beneficium, licet sit bona fides ex parte accipientis, vel fortè ex parte concedentis, defectus tamen potestatis nullitatem inducit; deffectus enim potestatis nulla ratione; nulla æquitate, nec bona fide suppleri potest, primum, solumque fundamentum super quo reliqua ædificantur, potestas, & eo sublato reliqua corruunt: *M. Loüet sur la Regle* de Publicandis resignationibus, *n.* 32.

In lite super Beneficio titulos & capacitates edere oportet ante litis contestationem : *le même*, ibid. *n.* 43.

Titulus ex falsa causa datus non est titulus : *le même*, ibidem, *n.* 201.

Parochiani non possent disputare contra Rectorem seu Curatum, nec debitores redituum solutionem denegare Beneficiario, ex causâ quod titulus ejus possessionis in Beneficio, esset debilis,

vel sub specie nullitatis tituli, *le même*, ibidem.

Coloratus titulus dicitur quotiescumque ab ordinario collatore emanavit à potestatem habente conferendi : *le même*, ibidem.

Post triennalem possessionem cum colorato titulo, non ampliùs de causâ vacationis Beneficii, sive falsâ, sive nullâ inquirendum; hæc enim triennalis præscriptio ex colorato titulo, omnia confirmat, validat & aprobat; *le même*, ibidem.

TONSURE.

Omnis Clericus, sive Albinus, sive Gallus, debet exhibere Litteram tonsuræ, si requiratur : *C. M. sur le Stile du Parlement, part. 5. q. 53.*

TRANSACTION.

Dic quod potest Prælatus sine consensu Capituli agere, sed non transigere, nisi eo modo quo potest alienare; Panorm. facit Francisc. Ripa, de rescriptis, resp. 7. col. 5. *C. M. sur le chap. 3. aux Decretal.* de transact.

Secundùm

Secundùm Panormitanum hic ob transactionem super Beneficio factam non debet Clericus deponi; quia non est simonia, sed species simoniæ : *C. M. sur le chap. 4. aux Decretal.* ibidem.

Beneficiatus potest transigere de subjectione feudali, censuali, vel aliàs temporali prædiorum, non autem de subjectione spirituali : *C. M. sur le chap. 5. aux Decret.* ibidem.

Transactio seu pactio temporalis tenet ad tempus ejus qui fecit, Joann. Andræas, & glossam sequitur Panormitanus hic : *C. M. sur le chap. 8. aux Decretal.* ibidem.

Rescinditur transactio propter læsionem multum excedentem dimidiam partem : *C. M. sur le chap. 6 aux Decretal.* de emptione & venditione.

VICAIRE.

DIc quod Vicarius perpetuus in ſpectantibus ad ſuam Vicariam perpetuam, poteſt ſine mandato nomine Vicariæ agere & conveniri, & præjudicat Eccleſiæ, ſed non pro reſervatis Rectori, niſi habeat mandatum; temporalis autem non agit ſine mandato; Panormit. *C. M. ſur le chap.* 12. *aux Decretal.* de fide inſtrument.

Præſule deffuncto Vicariorum generalium ceſſat poteſtas; ideòque nec conferre Beneficia, nec permutationes, nec reſignationes puras ſeu demiſſiones Beneficiorum poſſunt admittere : *M. Loüet ſur la Regle* de infirmis reſignantibus, *n.* 345.

Epiſcopi per Vicarios generales ſolent exercere quæ ſunt fori Pœnitentialis; immò poſſunt conferre Beneficia per eoſdem Vicarios : *le même*, ibidem, *n.* 373.

VICAIRE PERPETUEL,

Vicarii perpetui non possunt amoveri per Episcopos ex levi culpâ, *vel gravi quæ in populi notitiam non pervenit*, 30. *q.* 1. *cap. ult. ad hoc* 50. *distinct. Sacerdotes, & cap. sequenti*; *Joann. Andr. Gemin. Philipp. Franc.* C. M. sur le chap. *Unique* aux Decretal. *de Capellis Monachorum.*

UNION.

Quando agitur de unione Beneficii facienda, vocandi sunt possessores Beneficiorum præsertim in Ecclesiis Parochialibus : *C. M. sur le Stile du Parlement, part.* 5. *q.* 267.

Non potest fieri una Ecclesia in duas nisi ex justa causa, & cognita prius, cap. *Vacante*, extra de Præbendis; latè Franciscus Ripa cap. *Cum Ferrariensis*, num. 66. de constit. *C. M. sur le chap.* 8. *aux Decretal.* de Præbendis.

Beneficia post unionem amittunt nomen & qualitatem, & eam assumunt Beneficii cui uniuntur; fit enim per

unionem de duobus Beneficiis unum Beneficium : *M. Loüet sur la Regle* de infirmis resignantibus, *n.* 320. & 420.

Semper debet vocari Beneficiatus ad Beneficiorum uniones; quia cum agatur de alienatione aut suppressione tituli, Beneficiatus qui est verus & legitimus administrator debet jura Ecclesiæ tueri & deffendere ; sed revera potest unio fieri invito Beneficiato, modo ei reserventur fructus durante vita, modo aliunde unio sit utilis Ecclesiæ, quæ debet semper prævalere utilitati & commodo particulari : *Loüet* & *Vaillant*, ibidem, *n.* 173.

Uniendi Beneficia Episcopis potestas est concessa : *M. Loüet*, ibidem, *n.* 175.

Si unio sit annullata ex deffectu formalitatum & solemnitatum, is qui resignaverat solo intuitu unionis, recuperabit suum Beneficium ex antiqua causa, sine novo titulo collationis, & sine nova possessione : *le même*, ibidem, *n.* 175. Caveant itaque qui Beneficium ex deffectu unionis impetrare volunt, ne resignans adhuc vivat ; nam si unio abusiva declararetur, posset repetere Beneficium : *Vaillant*, ibidem.

Unita Beneficia ità accedunt Beneficio ut ex se ampliùs non subsistant; nomen enim & qualitatem amittunt. & vacare ampliùs non dicuntur nisi cum ipso principali Beneficio cui facta est unio : *M. Loüet sur la Regle* de publicandis resignationibus, *n.* 234. Id intellige si unio fiat per modum accessionis ; secus si fiat æquè principaliter ; *Vaillant*, ibidem.

Publica Ecclesiæ utilitas in unionibus privatam collatorum commoditatem superat : *M. Loüet*, ibidem.

Uniones personales rejiciuntur in Gallia, & ab unionibus personalibus licet appellare tanquam ab abusu ; *Vaillant*, ibidem.

UNIVERSITE'.

Academias scolares Galli indistinctè reputant laïcas ; & sunt de Jurisdictione potestatis secularis : Academia verò Parisiensis commissas habet causas in prima instantia in Senatu Parisiensi, singuli verò coram suis conservatoribus : *C. M. sur le chap.* 1. *aux Decretal.* de locato & conducto.

USURE.

Usuræ non possunt permitti authoritate Papæ, etiam ex quavis causâ : *C. M. sur la Coûtume de Paris, tit.* 1. des Fiefs, §. 1. *glos. 9. n.* 19.

Par la Constitution de Philippes le Bel de 1311. les Usures sont deffenduës; *addit pœnam confiscationis corporum & bonorum gravibus Usuris, quæ excedunt* 20. *in* 100. *in anno ; & sic duplicem fere centesimum, & sic eo tempore usuræ valde graves erant in hoc regno :* C. M. sur le Stile du Parlement, part. 3. chap. 40. n. 3.

Mirum quod per Constitutionem Philippi Pulchri, anno 1311. minores usuræ tolerentur in nundinis, de 15. in 100. in anno excedant ; & sic moderatio Usurarum juvat commercia, & verum est, quidquid Lugdunenses & Romani Trapezitæ dicant : dixi in tractatu Usurarum, *n.* 105. *ibidem.*

Cognitio usuræ de foro seculari : *C. M. sur le chap.* 35. *des Decret.* de Offic. & potest. judic. deleg.

FINIS.